



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

G-S  
32  
290




95 32.290




Harvard College Library  
FROM THE  
CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)

Received 8 Sept., 1887.





# LUCUBRATIONES SOPHOCLEAE

SCRIPSIT

*Hendrik*  
HENRICUS VAN HERWERDEN  
—



C.  
TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD J. L. BEIJERS  
MDCCCLXXXVII.

5232.290

SEP 8 1887  
*Constantius fund.*

Sophocles est in eo poetarum Graecorum numero quos propter eximiam praestantiam semel lectos semper relegimus, quosque penitus intellegere cupientes identidem, sicubi obscura impeditaque sententia offendimur aut vocabulo inepte posito aut inconcinno numero aut migrata denique quacumque sermonis Graeci lege, philologi dormire nequimus, prius quam pro suis quisque viribus coniendo et temptando nobis quidem ipsis multo saepius quam aliis, persaepe tamen aliis quoque varias locorum difficultates feliciter removisse videamur.

Mirandum igitur non est homines eruditos, nihil curantes volgi et semidoctorum risus ineptos, semper novos scribere commentarios criticos, quibus diligenter utentes editores, dum cauto et prudenti iudicio certa ab incertis, vera a falsis, probabilia a parum verisimilibus secernunt, novas identidem parant editiones semper proprius accedentes ad eam puritatem qua immortalia opera ex ipsorum scriptorum manibus prodierunt; qui sane pulcherrimus est difficillimorum studiorum finis, digna improbo saepe labore merces. Habent autem praestantissimorum criticorum commentarii praeter cetera etiam hoc boni, ut haud raro, ubi ipsis scriptoris manum restituere non contigerit, tamen quae requiratur sententia perspicientes aliis, etiam minus doctis et acutis, veri inveniundi viam muniант aperiantque.

Mihi cur denuo in hanc arenam aliquamdiu relictam, prorsus tamen neglectam numquam, descendarem, causa extitit lectus liber pereruditus F. W. SCHMIDTII, qui inscribitur *Kritische Studien zu den Griechischen Dramatikern*,

vol. I. Berolini a. 1886, quem virum doctum si saepius impugnasse visus ero quam laudasse, id unice huius libelli naturae tribuendum est, non obtrectandi libidini, quae in me nulla est. Saepe enim admiror<sup>1)</sup> viri eximii doctrinam et sagacitatem, sed si omnia quae boni critici a renatis inde litteris vere emendasse sibi viderentur vera esse persuasum foret omnibus, non multum abasset ut hodie eum finem tangeremus, quem procul adhuc remotum esse scimus omnes, quemque ut umquam plene attingamus spes est exigua vel potius nulla. Contenti autem esse debemus, si particulam eorum quae nobis probabilia videantur, idoneis indicibus prorsus probamus, et non nisi coniunctis viribus quod operae pretium sit proficitur. Idem sibi dictum habento reliqui critici quorum coniecturas commemorabo, in quibus honoris causa nomino acutum Dindorfii in Sophocle edendo successorem MEKLERUM et duumviro, qui p[ro]ae ceteris omnibus quot hodie

<sup>1)</sup> Magis etiam admirarer, si paullo minus admiraretur se ipsum sibique placeret, et magis diligenter, si non in libri sui Praefatione mihi aliaque philologis Batavis insolenter exprobrasset furta litteraria. Licet nihil nobis arrogemus, non sumus tam pauperes ut alienis indigeamus inventis, quae pro nostris venditemus, neque adeo stulti ut nesciamus veritatem non diu latere posse. Sed enim permulti scriptorum loci ita comparati sunt, ut necessario quicunque vir mediocriter doctus et acutus hoc agat in eandem cum aliis incidat emendationem; et adeo multa in hoc genere cum olim scripta sunt tum hodie scribuntur, ut si nimia diligentia omnia perquirere velis, tempus meditandi et scribendi te ipsum deficiat. Nec sane video Germanos philologos nostratisbus hac in re multo esse diligentiores, raro enim librum evollo in quo non aut Cobeti aut Naberi aut meas coniecturas ab aliis repeti animadvertam, neque ipse Schmidtius, ut hoc meum opusculum perlegens videbit, communis culpae est exsors, qui cum popularium suorum ut Gleditschii et Mekleri, tum Blaydesii et meas coniecturas quasdam repetiverit. Sed patienter nos quidem talia ferimus, propterea quod insciis et invitatis talia excidere confidimus, et loci feliciter emendati non tantum momentum esse quantum novae stellae aut legis naturalis detectae intellegentes, eiusmodi querelas absurdas esse habemus persuasissimum.

vivunt philologis bene meruerunt de tragedia Graeca, NAU-  
CKIUM dico et BLAYDESIUM. Sed haec quidem hactenus. Ecce  
nova meletemata nostra.

TRACHIN. 18 χρόνῳ δ' ἐν ὑστέρῳ μὲν, ἀσμένῃ δέ μοι,  
δικλεινὸς ἥλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς·  
διεὶς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης  
ἐκλύεται με· καὶ τρόπου μὲν ἀν πόνων  
οὐκ ἀν διείποιμ· οὐ γάρ οἰδ· ἀλλ' ὅστις ἦν  
θαυῶν ἀταρβῆς τῆς Θέας, ὃδ' ἀν λέγοι.

Scio haec Deianirae verba, quae nondum cuiquam de vitio suspecta fuisse videntur, utcumque explicari posse, sed tamen, si locum diligentius consideraveris, reperies quae offendant. Nam primum nullus est in tragicorum scriptis locus, quo periphrasis ἀγῶνα μάχης (licet procul absit ut verba iungi posse negem) satis tuearis, diversum enim quod dixit Aeschylus Agam. 1377 ἀγῶν — νείκης παλαιᾶς propter accedens adiectivum et quae alia ut similia afferri possint revera sunt dissimillima, deinde displicet verbum ἐκλύεσθαι citra scribendi morem absolute usurpatum et tandem parum apte dictum est τρόπου — πόνων, ubi nemo non expectaret τρόπου — μάχης.

His igitur rationibus permovere ut simplici vocabulorum transpositone Sophocli reddam:

διεὶς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν πόνων  
ἐκλύεται με· καὶ τρόπου μὲν μάχης  
οὐκ ἀν διείποιμ· κτέ.

Deianirae πόνοι describuntur in praegressis.

Simili correctione indigere mihi videtur locus in Philocete, v. 150 sqq., qui absurde me iudice e libris sic editur:

νῦν δέ μοι  
λέγ', αὐλαῖς ποίας ἔνεδρος ναίει  
καὶ χῶρον τιν' ἔχει. τὸ γάρ μοι  
μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον,

μὴ προσπεσῶν με λάθη ποθέν,  
τίς τόπος ἡ τις ἔδρα, τίν' ἔχει στίβον,  
ἔναυλον ἡ θυραῖον.

Nulla enim est oppositio inter τόπος et ἔδρα, neque ea vocabula poni potuerunt ἐκ τοῦ παραλλήλου, et parum apte dictum est ἔχειν στίβον ἔναυλον. Non sufficit quod olim proposui Verslagen en Mededeelingen d. K. A. a. 1876. Contra nihil amplius desiderabitur, si rescriptum erit:

τίς στίβος ἡ τις ἔδρα, τίν' ἔχει τόπον,  
ἔναυλον ἡ θυραῖον.

i. e. ὅπου ἔρχεται ἡ ὅπου καθίζει, ὅπου ἔστιν, ἔνδον ἡ θύρασιν. Quae autem de hoc loco disputat G. H. Muellerus Emend. et Int. Soph. 75 sqq. nihil me movent.

Simili olim transpositione (in quam post me incidit summus, cuius nunc mortem lugemus, philologus, Madvigius) curabam verba Aiac. 137

σὲ δ' ὅταν πληγῇ Διὸς ἡ ζαμενῆς  
λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῆ  
scribendo πληγῇ ζαμενῆς Διὸς ἡ κτλ. Hodie vero nescio an in eadem fabula v. 685 sq. aptiore verborum ordine legendum sit:

σὺ δὲ

εὕχους Θεοῖς, ἐλθοῦσα διὰ τάχους, γύναι,  
ἴστω, τελεῖσθαι τούμπον ὃν ἔρξ κέαρ.

Displacet enim quod perplexe scriptum traditur

σὺ δὲ

ἴστω Θεοῖς ἐλθοῦσα διὰ τάχους, γύναι,  
εὕχους τελεῖσθαι κτέ.

Saepe viri docti in Sophocle emendando feliciter hoc remedio usi sunt, nemo felicius quam Burgesius in Oedipo Rege, 1411 sq.

ὅπως τάχιστα πρὸς Θεῶν ἔξω μέ που  
καλύψατ', ἡ Φονεύσατ', ἡ Θαλάσσιον

*έκριψατ', ένθα μήποτ' εἰσόψεσθ' ἔτι.*

ubi, correcto *ποι*, ambo verba locum inter se permutare ius-  
sit. Obtemperavit nuper ei Nauckius. Nec minus probanda  
transpositio vocabulorum δόλος et ἔρος Elect. 197, ubi male  
traditum est δόλος ἦν δ Φράσας, ἔρος δ πτείνας, quam ali-  
quando proposui nesciens idem olim suasisse Wakefieldium.  
Plura hoc genus addere possim, sed redeamus ad Trachinias.

Trach. 86 Hyllus ait:

*ἀλλ' εἴμι, μῆτερ εἰ δὲ Θεσφάτων ἐγώ  
βάξιν κατύδη τῶνδε, καν πάλαι παρῆν.*

Formam Atticam *παρῇ* restituit Elmsleius, sed vereor ut  
ipsum verbum *παρεῖναι* sit huius loci. Nam quia hoc verbum  
absolute positum usurpari solet de praesentia in eo loco ubi  
versamur, ut infra 141 et 397, poeta, si eo uti voluissest,  
addidisset, nisi fallor, τῷ πατρὶ, et quod gravius, verba tam  
praegressa quam sequentia indicare mihi videntur Hyllum  
non proficiunt ut patrem, qui ubi sit ignoratur, conveniat, sed  
alterius instar Telemachi κατὰ πύστιν πατρὸς δὴν οἰχομένοιο.  
Expectatur igitur potius haec eius oratio: dudum sane pro-  
fectus forem sive abesse, et valde inclino in eam  
sententiam ut Sophoclem scripsisse existimem:

*ἀλλ', εἴμι, μῆτερ εἰ δὲ Θεσφάτων ἐγώ  
βάξιν κατύδη τῶνδε, καν πάλαι γ' απῇ.*

Trach. 94 δν αἰόλα υὔξ ἐναριζομένα τίκτει κτέ.

Affertur a Meklero (Dindorfii ed. VI Lips. 1885) Fechtii  
coniectura μεταμειβομένα, qua optime sententiae consu-  
litur. Paullo tamen lenius est nec minus aptum, quod ipse  
a. 1876 proposui Verslagen en Mededeelingen VI, 1,  
pag. 26, *ἐπαμειβομένα*. Utra coniectura prior sit ignoro,  
quin altera utra vera sit vix dubito.

In eodem carmine nuper F. W. SCHMIDTIUS egregie sic emendavit v. 125 sqq.:

Φαμὶ γὰρ οὖ σ' ἀποτρύειν ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν  
χρῆναι· καὶ ἀλληγοτά γὰρ οὐχ δέ πάντα κραίων βασιλεὺς  
ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας· ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰν  
πᾶσι κυκλοῦσιν αἰὲν ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι.  
pro οὐκ -- χρῆναι σ· ἀνάληγτα γὰρ οὐδ' ιτλ.

Sed temere idem vir doctus haerere mihi videtur in v. 193  
οὐκ εὔμαρείᾳ χρώμενος πολλῷ, γύναι.

Nempe ibi οὐ πολὺς litotes est Graecis admodum familiaris  
pro ἔλαχιστος. Cum autem hoc versu Nuntius respondeat  
Deianirae quaestioni αὐτὸς δὲ πῶς ἀπεστιν; nequaquam opus  
Schmidtii coniectura εὔμαρείᾳ — σπουδῇ. Ceterum cf. Philo-  
loct. 284

τούτου δὲ πολλῷ ν εὔμαρειαν, ὡ τέκνου.

Trach. 280 ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσι οὐδὲ δαιμονες.

Rectissime οὐδὲ absurdum esse in tali sententia vidit Schmidtius, eaque ipsa causa fuit cur quondam ipse versum spurium esse suspicarer. Sed nimia molitur violentissime substituendo οὐδαμῶς Θεοί. Quis enim quaequo librarius pro trito omnibus vocabulo aliud erat positurus? Sufficiebat, opinor, pro οὐδὲ reponere οὐδὲν, i. e. οὐδαμῶς, quae vox utpote e monosyllabis copulata non adversatur noto Porsoni praecepto metrico et ab ipso excipitur. Possem praeterea provocare ad caesuram semiseptenariam, si hac obtinente pausa opus non esse planissime mihi constaret.

Trach. 307 ὡ δυστάλαινα, τίς ποτ' εἰ νεανίδων;  
ἀγανδρος ἢ τεκοῦσα; πρὸς μὲν γὰρ φύσιν  
πάντων ἀπειρος τῶνδε, γενναῖα δέ τις.

Λίχα, τίνος ποτ' ἔστιν ἢ ξένη βροτῶν;  
Locus est admodum perplexus, nec curatur Schmidtii con-

iectura *καμάτων* pro *πάντων*, ne sic quidem si recte habeat *τεκοῦσα*, quod pro librorum lectione *τεκνοῦσα* correctum est. Si vero ipse Sophocles, non interpolator aliquis, scripsit vss. 308 et 309 vix aliter scribere potuit quam  
*ἄναυδρος η̄ ζυγεῖσα.*

Quis enim quaeso etiam mediocris poeta permisisset sibi adeo ineptam oppositionem quam haec est: *virine expers an mater?* Quasi vero omnes nuptae essent puerperae! Manifeste autem iusta oppositio postulat aut illud aut *ἄτεκνος η̄ τεκοῦσα*. Sed quidquid horum versuum auctori scribere placuit, admitti non potest Schmidtii coniectura, quippe qua recepta denuo prava haec nascitur oppositio: Pariendi quidem laborum immunis, sed generosa tamen; unde sequeretur, ut arbitror, puerperium rem esse qualem a generosa muliere haud expectes. Qualis sententia, licet non multum discrepet a scholiastae interpretatione, me iudice egregie absurda est.

Horum versuum auctor utrum *Φύσιν* intellexerit externam speciem (cf. O. R. 740), ut interpretari solent viri docti, an potius originem (cf. Aiac. 1259. 1301), difficile dictu est. Si illud, hoc voluisse videtur: nam quod ad faciem tuam attinet, nihil horum quae nunc experiris experta es, sed nobili loco nata, parum apta breviloquentia usus pro hac oratione: nam servans an ingenua nihil opus habeo quaerere, si quidem nobili te loco natam nunc primum servitutis mala experiri satis me docet externa tua species. Sin vero, quod potius crediderim, *Φύσις* volgatiore vocabuli vi usurpavit, voluisse videtur: Nam quod attinet ad originem tuam, nihil horum antehac experta es (i. e. serva nata non es), sed nobili genere oriunda. Veruntamen, sive haec sive illa fuit auctoris mens, ambo versus Sophocle indignos iudico, neque ulla fiet summo poetae

iniuria, si totum locum istis liberatum hoc modo constitueris:

- 307 ὁ δυστάλαινα, τις ποτ' εἴ νεανίδων;
- 311 τις ἡ τεκοῦσα, τις δ' ὁ Φιτύσας πατήρ;
- 310 Λίχα, τίνος ποτ' ἔστιν ἡ ξενη βροτῶν;
- 312 ἔξειπ· ἐπει νιν τῶνδε πλείστου φυτισα
- 313 βλέπουσ', διώπτερ καὶ Φρονεῖν δοκεῖ μόνη.

Probaverim enim versuum transpositionem, quam suasit BRAUNIUS in Philologo a. 1885, pag. 366. Δοκεῖ pro οἰδεν Astii est correctio.

Trach. 323 οὐ τὰρ τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ Ἰησοῦ  
χρόνῳ διῆσει γλῶσσαν, ή τις οὐδαμά  
προῦΦηγεν οὔτε μείζον' οὐτ' ἐλάσσονα.

Verba conclamata sic tempto:

οὐ τὰρ τῷ γε πρόσθεν ἐξ Ἰησοῦ χρόνῳ  
<στόματος> διῆσει γλῶσσαν, κτέ.

i. e. non sane, prorsus ut antehac, ore edet vocem.  
Similiter Sophocles dixit O. C. 963

ὅστις Φόνους μοι καὶ γάμους καὶ ξυμφορᾶς  
τοῦ σοῦ διῆκας σόματος.

Ad γλῶσσαν sic dictum cf. Elect. 596 η πᾶσαν Ἰησ (l. *Ies*)  
γλῶσσαν, aliosque locos in Dindorfii lexico Soph. pag. 101 sq.

Trach. 383 θλοιντο μήτι πάντες οἱ κακοί, τὰ δὲ  
λαθραὶ δε δοκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακά.

Nauckius coniecit:

θλοιντο πάντες οἱ κακοί, μάλιστα δὲ  
λαθραὶ δε δοκεῖ μὴ πρέποντ' ἐσθλῷ κακῷ.

Gravis sane mutatio, quam tamen non reformidarem, si Sophocle digna exiret sententia. Sed enim e tali oratione iure efficeres Choro, qui haec loquitur, Φανερὰ κακὰ viro probō decora videri. Nec prorsus sufficere videtur Mekleri coniectura

*πρέποντά τῷ κακῷ, licet paullo minus gravem ea sententia habeat offensionem. Si chori versus genuini sunt, non exputo quo pacto corrigi queant.*

Trach. 430 Lich.

*τίς ποτ' ἔστιν δὲ ξένος;*

Nunt. *δε σοῦ παρῶν ἥκουσεν, ως ταύτης πόθῳ*

*πόλις δαμείῃ πᾶσα, κούχη ἡ Λιδία*

*πέρσειν αὐτῆν, ἀλλ' δὲ τῆσδε ἔρως Φανεῖς.*

Lich. *ἄνθρωπος, ὃ δέσποιν, ἀποστήτω τὸ γάρ*  
*νοσοῦντι ληρεῖν ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος.*

Si recte *Φανεῖς* in vitii suspicionem vocavit Schmidtius, parum apte coniecit *Φιλης*, sed procul dubio rectius *ξένης* proposuisset. Cur autem Meklerus lectioni *νοσοῦντι* praetulerit *νοσοῦν τι*, addita Stephani interpretatione *nugari* dicendo mendacia, prorsus non intellego. Quis enim hoc Graece ita dixerit? Semper enim τὸ ληρεῖν est *νοσοῦν τι*. Iubet autem Lichas nuntium removeri, dicens nolle se, sanum hominem, *nugari* cum insano, *νοσοῦντι*, i. e. πρὸς *νοσοῦντα*, ληρεῖν.

Nam, quod dixit Plato, εἰκὸς σοφὸν ἄνδρα μὴ ληρεῖν. Si ληρεῖν necessario referendum esset ad nuntium, conicere posses τοσόνδε ληρεῖν, sed nihil opus est.

Trach. 545 τὸ δὲ αὖτις ξυνοικεῖν τῇδε δμοῦ τίς ἀν γυνὴ

*δύναται, κοινωνοῦσα τῶν αὐτῶν γάμων;*

*δρῶ γάρ θεβην τὴν μὲν ἔρπουσαν πρόσω,*

*τὴν δὲ φθίνουσαν· ὃ νοοφαρπάζειν φιλεῖ*

*δοφθαλμὸς ἀνθος, τῶν δὲ ὑπεκτρέπει πόδα.*

In liberiore structura, qua ex δοφθαλμὸς intellegitur verbi sequentis subiectum ἀνήρ, haeserunt multi pro δοφθαλμὸς alias aliud substituentes, sed speciose Weckleinus comparavit Eur. Med. 1244 ἀγὼν τάλαινα χειρέμη, λαβεξίφος, λάβε, ἐρπε πρὸς

*βαλβίδα λυπηρὰν βίου.*<sup>1)</sup> At aliae sunt difficultates. Suspectum enim est oculo tribui quod est homini proprium τὸ ἀφαρπάζειν ἀνθος, et prorsus insolite dictum ὡν pro τῶν μέν. Quod autem Wecklein v. 549 pro τῶν δ' in textum recepit coniecturam suam τότε δ', in eo egregie falli mihi videtur. Apparet enim ex vss. 545 sq. non agi de una muliere primum iuveni, deinde senescenti, sed de duabus, quarum altera (qualis Iole) in primo stet iuventutis flore, altera (ut Deianira) vergat ad senectutem. Locum emendare nequeo, sed expectabam aliquid huiuscemodi:

θρῶν γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἔρπουσαν πρόσω  
τὴν δὲ φθίνουσαν, Φῶς ἀφαρπάζειν Φιλεῖ  
τὸ Θάλλον ἀνθος, τὴν δ' ὑπεκτρέπει πόδα.

Partim in his sequor Blaydesium, qui servans ὡν reponit φῶς Θάλλον, partim ipsum Weckleinum (Ars Soph. em. 72) τὴν conientem pro τῶν. Cf. Emend. et interpr. Soph. G. H. MUELLERI p. 70 sq.

Trach. 555 ἦν μοι παλαιὸν δώρον ἀρχαίου ποτὲ  
Σηρός, λέβητι χαλκέῳ κεκυμμένον,  
δ' παῖς ἐτ' οὖσα τοῦ δασυστέρου πάρα  
Νέσσου φθίνοντος ἐκ Φούδνης ἀνειλθμήν.

Locum sic scriptum fero, sed non diffiteor me malle: ἀρχαίου πάρα | — τοῦ δασυστέρου ποτέ κτέ. Cf. ad Trach. 18, pag. 3.

Trach. 562 δει κάμε, τὸν πατρῶον ἡγίκα στόλον  
ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὗνις ἐσπόμην, κτέ.  
Posteaquam in loco manifeste corrupto olim probantibus

<sup>1)</sup> Nec tamen neglegendum est in loco affectu plenissimo, qualis est Euripideus, eiusmodi breviloquentiam lectorem, sive potius auditorem, haud aequo offendere.

quibusdam ἡγίκ' εσ δόμον scribendum proposui, nuperrime Schmidtius violentissime temptavit:

δς καμέ, τῶν πατρός ποτ' ἡγίκ' ἐκ στεγῶν  
ξὺν Ἡρακλεῖ πρὸς οἰκου εῦνις ἐσπόμην.

Aut lenior aliqua medicina excoigitanda est aut abstinenda manus; nam si in uno loco omnia verba mutare licet, actum est de re critica. Omnino autem Schmidtius, vir sagax et eruditus, nimis indulget audacioribus istiusmodi mutationibus,<sup>1)</sup> quilibus si uti licet, non est sane perdifficile Graece scientibus locos impeditos in ordinem redigere. Sed enim scire desideramus quid ipse scripserit Sophocles, non quid Schmidtius aliusve vir Graece doctus et ingeniosus versus Graecos pangen scripturus fuisse. Procul tamen abest ut haec scribens contendam veterem meam conjecturam sufficere, sed Schmidti mutationibus longe probabilius mihi videtur Weckleini sententia post versum 562 statuentis lacunam.

Trach. 621 οὐ τοι μὴ σφαλῶ γ' ἐν σοὶ ποτε,  
τὸ μὴ οὐ τόδ' ἀγγος ὁς ἔχει δεῖξαι Φέρων,  
λόγων τε πίστιν ὅν ἔχεις ἐΦαρμόσαι.

Pro ἐν σοὶ lubens cum Schmidtio legerim ἐκάν, sed non sanius est ἔχεις, pro quo Wakefieldium θέλεις, Ottонem ἐΦείσ<sup>(ἐΦείσ)</sup> conieccisse video. Utroque aptius mihi videtur:  
λόγων τε πίστιν ὅν ἔρεις ἐΦαρμόσαι.

Verbum leviter depravatum est propter ἔχει in versu praegresso.

Trach. 625. Δεῖαν. ἀλλ' οἰσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης δρῶν.

Lich. ὡστ' ἐκπλαγῆναι τούμδον ἥδονή κέαρ.

---

<sup>1)</sup> Lectoribus suis quo persuadeat scilicet, saepenumero appingit litterarum uncialium ductus ita diversos, ut ne caeco quidem librario imponere potuerint.

Responsi ratio suadet:

*ώς γ' ἐκπλαγῆναι κτέ.*

i. e. οἰδα, ως (= ὥστε) ἐκπλαγῆναι, nam Sophocles ut poetae omnes (qui usus sequiore aetate ut poetica multa manavit in orationem pedestrem, nam quod hic illic legitur apud antiquiores prosae scriptores librariis tribuerim) saepe ως dixit pro ὥστε. Exempla dabit Dindorfius in lex. Soph. p. 531 A 12.

Trach. 674 φ γὰρ τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον ἀρτίως

ἔχριον ἀργῆτ', οἰδες εὐέρω πόκω,

τοῦτ' ἡφάνισται διάβορον πρὸς οὐδενὸς

τῶν ἐνδον, ἀλλ' ἐδεστὸν ἐξ αὐτοῦ Φθίνει.

[καὶ ψῆφος κατ' ἀκρας σπιλάδος· ως δ' εἰδῆς ἀπαν]

Ἔτι τοῦτ' ἐπράχθη, μείζον' ἐκτενῶ λόγου.

Nisi egregie fallor, quem uncinis saepsi versiculum, qui pertinaciter omnes emendandi conatus (parum enim proficitur corrigendo ρεῖ pro ψῆφῳ) eludit estque hoc loco, ne quid gravius dicam, prorsus inutilis, non Sophoclis est, sed interpolatoris, qui eum finxisse videtur ope v. 697

ρεῖ πᾶν ἀδηλον καὶ κατέψηκται χθονί.

Similiter in Oedipo Rege locum 798 sqq.

στείχων δ' ίκνοῦμαι τούσδε τοὺς χώρους ἐν οἷς

σὺ τὸν τύραννον τοῦτον ὅλως σθαι λέγεις.

[καὶ σοι, γύναι, τάληθὲς ἔξερω. τριπλῆς]

δτ' ἡ κελεύθου τῆσδε ὁδοικορῶν πέλας,

ἐνταῦθα κτέ.

versiculum καὶ — τριπλῆς, quem ignorat prima Laurentiani libri manus, interpolarunt, fortasse ibi ut in Trachiniarum loco temere haerentes in asyndeto. Cf. Nauck. — Pro ἐνδον teneo quod olim proposui ἐκτός, in vicino autem v. 683 παρῆκα Θεσμῶν οὐδὲν' pro οὐδὲν legendum esse dudum observavi, et laetus nunc video idem placere Schmidtio.

Trach. 692 καθηγκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἥλιου  
κοίλῳ ζυγάστρῳ δῶρον, ὡσπερ εἴδετε.

Sine controversia corrigendum ὃ περ, nam τὸ ζύγαστρον quidem viderat Chorus, sed non viderat Deianiram tingentem vestem eamque condentem in cista, quae κατ' οἶκον κρυφῇ se fecisse modo dixit v. 689.

Trach. 714 τὸν γὰρ βαλόντ' ἀτρακτον οἴδα καὶ θεὸν  
Χείρωνα πηγήναντα, χῶνπερ ἐν θίγῃ  
Φθείρονθ' ἀπαντα· κνωδάλου δὲ τοῦδ' ὅδε  
σφαγῶν διελθών λὸς αἴματος μέλας  
πᾶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε;

V. 716 scripsi ut emendarunt Frohlichius et Hensius pro φθείρει τὰ πάντα, sed depravata restant verba αἴματος μέλας.

Sententiae autem ratio suadet:

κνωδάλου δὲ τοῦδ' ὅδε  
σφαγῶν διελθών λὸς εἴματος βαφὴ  
πᾶς οὐκ ὀλεῖ καὶ τόνδε;

Trach. 729 τοιαῦτα δ' ἀν λέξειν οὐχ δ τοῦ κακοῦ  
κοινωνός, ἀλλ' ὃ μηδέν ἔστ' οἶκοι βαρύ.

Usitatus quidem foret αὐτῷ, quod requirit Schmidtius, nec tamen improbabile videtur poetam usurpasse οἶκοι pro ἰδίᾳ, cum per volgato scribendi more οἰκεῖος pro ἰδίοις ponit constet. Quod mox idem v. 738 τρός γ' ἐμοῦ στυγούμενον mutat in τρουσελεῖς σύ τοι μ' ἀγαν id propter mutandi audaciam vereor ut cuiquam sit persuasurus. Aliud quaerendum.

Trach. 746 αὐτὸς βαρεῖαν ξυμφορὰν ἐν δημασιν  
πατρὸς δεδορκῶς κού κατὰ γλῶσσαν κλύων.

Tam propter mirum praepositionis κατὰ usum quam propter constantem dicendi consuetudinem Sophoclem scripsisse suspicor:

*κούκλα πότε γλώσσης κλίνων.*

Cf. O. C. 747 et Aesch. Agam. 813, ad quem locum vide alia huius formulae exempla collecta a Blomfieldio in glossario. Cf. Dindorf. in Thesauro, vol. II pag. 659.

Trach. 756 μέλλοντι δ' αὐτῷ πολυθύτους τεύχειν σφαγὰς  
κῆρυξ ἀπ' οἴκων ἔκειτο οἰκεῖος Λίχας,  
τὸ σὸν φέρων δώρυμα, θανάσιμον πέπλον.

Suspectum est *οἰκεῖος*, sed languet etiam *οὐ κενός*, quod a se conjectum recepit Meklerus, veruntamen longe aptior est ea conjectura quam *εὖκαιρος*, quod proposuit Schmidtius. Absurde enim is qui cui fert θανάσιμον πέπλον opportune huic venire dicitur. Loci ratio requirere videtur vocabulum quale est *ἄψορρος*, quod tamen a tradita lectione nimis distat, quam quod confidenter suadere ausim. Quaerant alii.

Trach. 798 ὁ παῖ, πρόσελθε, μὴ Φύγης τούμδν κακόν,  
μηδ' εἰ σε χρὴ θανόντι συνθανεῖν ἐμοὶ.

Imo vero θνήσκοντι, quod labem suscepit e sequenti Infinitivo. Nam hic certe participio Aoristi non eadem venia parata est, quae multis esse videtur v. 1111

*καὶ ζῶν κακουργοὺς καὶ θανῶν ἐτεισάμην.*

ubi Schmidt temptat σῶς — κασθενῶν, Blaydes ζῶν — κάκπιεν, quod praetulerim.

Trach. 857 ἡ τότε θοὰν νύμφαν  
ἄγαγες ἀπ' αἰπεινᾶς  
τάνδ' Οἰχαλίας αἰχμῆ.

Ante X annos (Verslagen a. 1876, II 6, 1, pag. 28 sq.) correxi ἡ τ' δλεθρίαν νύμφαν, quae verissima, ut arbitror, emendatio aut latuit aut male spreta est. Nunc eandem commendat Schmidtius Krit. Stud. pag. 225, qui meam esse ignorat. Coniecturis enim quam conviciis cum viro docto certare malo.

Trach. 866 ηχει τις ούκ ἀσημον, ἀλλὰ δυστυχή  
κωκυτὸν εἶσω.

Recte Walterus εὖΦημον coniecissee videtur, sed praeterea suspectum habeo δυστυχή, pro quo expectes δύσθρον, i. e. δύσφημον. Cf. Aesch. Pers. 940, 1076. Pind. Pyth. IV 63.

Trach. 873 Τί δ' ὡ γεραιά, καὶ νοποιγθὲν λέγεις;

- Verbum καὶ νοποιεῖν eodem iure Sophocles formare potuit, quo infra v. 891 dixit χειροποιεῖται. Moneo ob Schmidtium, qui verbum temere sollicitat.

Trach. 878 τάλαιν' δλεθρία· τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φύς;

'Ολεθρία depravatum esse olim monui coniciens δλεθρον, sed neque hoc hodie mihi placet neque quae alii coniecerunt δῆτα, ἔφριξα, δλωλε. Praetulerim certe:

τάλαιν', δλεις με· τίνι τρόπῳ κτέ.

i. e. τοισδε τοῖς λόγοις, ut plene dicitur Philoct. 1388. Sic Elect. 831 ἀπολεῖς significat perdes me, si ita loqui perges, et saepe sic apud Aristophanem tam addito quam omisso pronomine. Possis etiam:

τάλαιν', δλωλα· κτλ.

ut exclamat Tecmessa Aiac. 896, cognita mariti morte.

Trach. 901 καὶ παῖδ' ἐν αὐλαῖς εἰδε κοιλα δέμνια | στόργυνθ'.

Leni sane mutatione Meklerus coniecit ἔκηλα, quod probarem, si constaret sic dici potuisse lectum, ἐν φ ἔκηλον ἔστιν εῦδειν. Nunc, si quid mutandum, equidem praetulerim μαλακά.

Trach. 914 ἐπει δὲ τῶνδ' ἔληξεν, ἔξαιφνης σφ' δρῶ  
τὸν Ἡράκλειον Θάλαμον εἰσορμωμένη.  
καὶ γὰρ λαθραῖον δημ' ἐπεσκιασμένη  
Φρούρουν δρῶ δὲ τὴν γυναικα κτέ.  
Aptius, nisi fallor, pro καὶ γὰρ scribetur καὶ γὰρ.

Trach. 934 δψ' ἐκδιδαχθεὶς τῶν κατ' οἶκον οὖνεκα  
ἀκουστα πρὸς τοῦ Θηρὸς ἔρξειεν τάδε.

In Verslagen l. l. pag. 29 e Scholiastae interpretatione efficiebam Sophoclem scripsisse κλαπεῖσα, i. e. ἐξαπαγγεῖσα. Lenius quidem, sed dubito num melius, deinde Heimrichius indidem coniecit ἀλοῦσα, quod mihi quidem non addito ἀπάγη vel δόλω non satis clare dictum videtur, nec dissentientem habeo Schmidtum, qui ipse pag. 228 κλύουσ' ἀνοσίου Θηρὸς proposuit, quod neque a Scholiasta lectum est et temere sollicitat verba sana πρὸς τοῦ. Scio ἀκουστα non ita facile abire potuisse in κλαπεῖσα, quae Aoristi Passivi forma legitur Thuc. VII 85. Plat. Rep. pag. 413 et Xen. Hell. V 4, 12, et etiam difficilius in κλεφθεῖσα, quo Aoristo utitur Euripides Or. 1580. Sed, quod olim monui, ἀκουστα glossematis speciem habet, quo recepto ut fit in textum, vocabulum infra scriptum, id quod sexcenties factum novimus, facile potuit obliterari.

Trach. 953 γίνοιτ' ἔπουρος ἐστιώτις αὔρα,  
ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων, δπως  
τὸν Δίον ἀλκιμον γόνου  
μὴ ταρβαλέα θάνοιμι  
μοῦνον εἰσιδοῦσ' ἀφαρ.

Pro ἐκ τόπων aut ἐκποδῶν corrigendum esse aut ἐκτόπιον (cll. O. R. 119 et O. C. 1340) olim monui. Pro μοῦνον Weckleinius reposuit G. H. Muelleri conjecturam μᾶλυν, <sup>1)</sup> aptum sane vocabulum, quod nullum quidem antiquum habet fideissorem et Hesychii seriorumque poetarum auctoritate nittitur, sed tamen quodammodo commendatur participio μεμω-

<sup>1)</sup> Ubi μᾶλυν proposuerit ignoro, nam in Emendationibus et Interpr. pag. 73 duobus post me annis meae conjecturae ignarus commendavit et ipse μαῦρον.

λυσμένος, quo Sophoclem in Phaedra usum esse Hesychius auctor est. Nihilominus ut minus insolitum euidem praefero μαῦρον = ἀμαυρόν, quod proposui Verslagen l. l. pag. 29.

Trach. 1008 ἀνατέτροφας aliis locis demonstravi non, ut fieri solet, ab ἀνατρέπω, sed ab ἀνατρέφω repetendum esse Verslagen, pag. 30.

Trach. 1021 λαθίπονον δ' ὅδυναν οὕτ' ἐνδοθευ οὕτε Θύραθεν  
Ἴστι μοι ἔξανύσαι βιοτον· τοιαῦτα νέμει Ζεύς.

Sententiae quidem satis aptum quod coniecit Hensius:  
Ἴστι μοι ἔξανύσαι  
sed non intellegitur causa erroris. Venit in mentem:  
Ἴστι μοι ἔξανύσαι τιν' ὅδον· κτέ.

ut ὅδος hic, ut saepius alibi, usurpatum sit sensu metaphorico pro πόρος. Gleditschium nunc video coniecssisse τι ποτόν, quae verba parum apte exciperet quod sequitur τοιαῦτα νέμει Ζεύς.

Trach. 1058 κού ταῦτα λόγχη πεδιάς, οὕτ' ὁ γηγενῆς  
στρατὸς Γιγάντων.

Fac revera πεδιάδα λόγχην dici potuisse τὴν ἐν τῷ πεδίῳ βαλλομένην, vel sic adeo obscura haec oratio est, ut multum vereor ne mendosum sit πεΔΙΑΣ. Videndum igitur an Cicero vertens hostilis dextra ante oculos habuerit ΔΑΙΟΣ, i. e. λόγχη δῖος. Ad formam communem cf. Eurip. Troad. 1301 et Herc. 915, ad contractam Aesch. Pers. 271. 282. 286,

Trach. 1107 ἀλλ' εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε, κἄν τὸ μηδὲν ὡ  
κἄν μηδὲν ἔρπω, τὴν γέ δράσασαν τάδε  
χειρώσομαι κἄν τῶνδε.

De sanitate verborum κἄν μηδὲν ὄρπω merito dubitare videatur Schmidtius, haud sane inepte coniciens κἄν μηδὲν ἄρκω. Fortasse tamen verbum servari potest, modo legatur:

*καν τὸ μηδὲν ὄ*

*κάς μηδὲν ἔρπω,*

ut sit et ad nihilum redigatur, intereām.

Similiter certe poeta locutus est Elect. 999

*δαιμῶν δὲ τοῖς μὲν εύτυχει καθ' ἡμέραν,*

*ἡμῖν δ' ἀπορρει καπὶ μηδὲν ἔρχεται.*

cf. fr. 713, 8, ubi est varia lectio κεις τὸ πρόκλιτον.

Trach. 1126 Hyllus ἔχει γὰρ οὕτως ὥστε μὴ σιγᾶν πρέπειν.

Herc. οὐ δῆτα τοῖς γε πρόσθεν ἡμαρτημένοις,

Hyllus ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἔρεις.

Bene Schmidtius observavit ἐφ' ἡμέραν non significare posse hodie, sed ne καθ' ἡμέραν quidem, quod substituendum putat, nude positum id significat, sed quotidie. Hodie praeter σήμερον in tragœdia dicitur τῇδ' ἡμέρᾳ sive τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ sive καθ' ἡμέραν τῇ νῦν, ut Sophocles dixit O. C. 3. Sed multo graviore corruptela hic locus laborare videtur, et neque πρόσθεν in secundo neque ἐφ' ἡμέραν aut καθ' ἡμέραν (fac significare posse hodie) in tertio versu sunt huius loci. Nam πρόσθεν abundat, quoniam dici non potuit pro ἀρτίως, et notio hodie prave ei vocabulo opponitur, quia unius diei spatio totam fabulam finiri probabile est.

His rationibus adductus locum sic tempto:

Herc. οὐ δῆτα τοῖσι γε πρὸς ἐμούς ἡμαρτημένοις.

Hyll. ἀλλως γε μὲν δὴ τοῖς ἐπειτ' ἔρεξ (vel ἔδρασ') ἔρεις. in qua coniectura ἀλλως γε debetur Schmidtio.

Trach. 1130 Hyllus τεθυγκεν ἀρτίως νεοσφαγής.

Herc. πρὸς τοῦ; τέρας τοι διὰ κακῶν ἐθέσπισας.

Locum manifesto non sanat Schmidtii coniectura διὰ κενῶν.

Aptum foret τέρας τοι δαιμόνιον ἐθέσπισας, ut poeta loquitur Antig. 376.

Trach. 1199 γέου δὲ μηδὲν εἰσὶτω δάκρυ.

Non male Schmidtius ἡ κέτω coniecit, sed malim etiam ἐρπέτω ad exemplum loci, quem ipse attulit, Elect. 1231.

Trach. 1208 οὐ δῆτ' ἔγωγ', αλλ' ὅν ἔχω παιῶνιον  
καὶ μοῦνον λατῆρα [τῶν ἔμων] κακῶν  
scil. ἐκκαλοῦμαι σε γενέσθαι. Deleatur manifestum glossema τῶν  
ἔμων, pro quo substituendum aliquod adiectivum pertinens  
ad κακῶν, quod quale fuerit prorsus incertum est. Multa enim  
conveniunt, ut ἀμυχάνων, ἀγιατῶν, δυστλήτων, Θανασίμων, alia  
fortasse, quae nunc non veniunt mihi in mentem.

Trach. 1211 αλλ' εἰ Φοβεῖ πρὸς τοῦτο, τᾶλλα γ' ἔργασαι.

Locum tuentur alio loco non minus suspecto O. R. 980  
σὺ δ' εἰς (οὖν?) τὰ μητρὸς μὴ Φοβοῦ νυμφεύματα. Hic sive τι  
sive ποὺ pro πρὸς conieceris, apte conieceris. Ad τι cf. Phil.  
652. 1039. O. R. 644. 1364. O. C. 1331. Aiac. 329. 1314, ad  
ποὺ Phil. 41. El. 1473. Interdum utraque particula iungitur.

Trach. 1249 τοιγαρ ποιήσω κούκ ἀπώσομαι, τὸ σὸν  
Θεοῖσι δεικνὺς ἔργον· οὐ γὰρ ἀν ποτε  
κακὸς Φανείγυ σοίγε πιστεύσας, πάτερ.

A loci sententia aberrasse videtur Schmidtius coniciens τὸδ'  
οὐ Θεοῖσιν εὖ γνοὺς χαρτόν, vel γνοὺς ἀρεστόν et τοιτὲ pro  
σοιγε. Non enim intellegitur, quo pacto Hylo subito nata  
sit persuasio, dis gratum esse opus, quod paullo ante δυσ-  
σεβεῖς ei γιστοῦ sit. Cf. 1245. Quanto vero probabilior est ea  
sententia, quam expressit vetus Scholiasta interpretans δια-  
μαρτυράμενος τοὺς Θεοὺς γαμήσω τὴν Ἰδλην. Ceterum verba  
τὸ — ἔργον vitii immunia non videntur. Expectabam fere:  
τοιγαρ ποιήσω κούκ ἀπώσομαι τὸ σὸν, (σὸν δυ,?)  
Θεοὶ τὸδ' ἵστων, ἔργον· κτλ.

Cf. O. C. 521 Θεὸς ἴστω, Ant. 184. Trach. 399.

Trach. 1255

*παῦλα τοι κακῶν  
αὕτη, τελευτὴ τοῦδε τὰνδρὸς ὑστάτη.*

Post multa aliorum, quae enumerat, tentamina Meklerus coniecit:

*τελευτὴ τῷδε τὰνδρὶ Φιλτάτη.*

Mihi venit in mentem:

*τελευτὴ τῷδε τὰνδρὶ Θέσφατος.*

ut est O. C. 1471 ἦκει Θέσφατος βίου τελευτή.

Vide supra 79 sqq. et 1159 sqq.

PHILOCTET. 43 ἀλλ' οὐ περ Φορβῆς νόστου ἔξελγλωθεν  
ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που.

Quod olim in Exercitationibus Criticis commendabam *Φορβῆν*, iam ante me a Burgesio correctum esse nunc ex Mekleri annotatione animadverto, qui ipse vereor ut suam conjecturam ἢ 'Φ' ἔλωρ ἐδεστὸν multis probaturus sit. Neque video quidni poeta hic νόστου pro ὅδῳ usurpare potuerit, cum Aiac. 900 chorus, qui Aiacem quaesiturus exierat, queratur ὄμοι ἐμῶν νόστων. Cf. Aristoph. Ach. 29 εἰς ἐκκληγίαν νοστῶν, i. e. Φοιτᾶν, λέγαι, ut περιγοστεῖν significat περιμέναι, περιΦοιτᾶν. Ad *Φορβῆν* autem cf. infra 162. 712. 1108. Ant. 775. Prorsus igitur sufficit lenissima emendatio, quam dudum in textum receptam oportuit, nisi forte praefers, quod Schenklum concieisse video, *Φορβῆ*. Ego tamen de dativo multum dubito.

Philoct. 157 sq. Locum supra tractavi ad Trachin. 18 sqq.

Philoct. 253 ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μὲν δύν αὐγιστορεῖς.

Dindorfius ὡς pertinere dicit ad εἰδότα, et facile id credas propter vs. 567

ὡς ταῦτ' ἐπίστω δρώμεν', οὐ μέλλοντ' ἔτι,  
qui versus iniuria sollicitatur, et propter Aristoph. Acharn.  
395 ὡς τεθνήξων ἴσθι γυνί.

Nihilominus falsa videtur ea sententia, quoniam Graecum est *οἴδα* s. *ἐπίσταμαι* τινά τι ποιοῦντα et τι δρώμενον sine ὡς, neque dubito quin vocula ὡς his locis sit causal is valeatque ἐπει, s. γάρ, qnemadmodum usurpatur v. c. Aiac. 39. Oed. Col. 861. Eurip. Med. 609.

Philoct. 332 οἴμοι· Φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν δὲ μᾶθω  
τρῶτον τόδ', η τεθνηχ' δὲ Πηλεάς γόνος;

Repetam, quae quia vere monenti nemo mihi, quod sciam, obtemperavit, quae scribebam Verslagen pag. 32.

„Tam praecedentia (ἐπει γὰρ ἔσχε μοῖρ 'Αχιλλέα πεσεῖν) quam „sequentia Neoptolemi verba (τέθνηκεν, ἀνδρὸς οὐδενός, Θεοῦ „δ' ὑπο || τόξοισιν, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμεις) planissime „demonstrant pro ἡ τεθνηχ', an mortuus sit, poetam de- „disse ἡ τεθνηχ', quo pacto sit mortuus. Longe alia „ratio est loci O. R. 943, quem attulit Dindorfius, qui locus „comparandus est cum Eur. Hippol. 801. Elect. 769 sq., aliis. „Cum nostro cf. Iphig. T. 549." Eadem correctionem diu post Walterus a. 1884 profert in Philologo.

Philoct. 460 δλλ' η πετραια Σκύρος ἔξαρκοστά μοι  
ἔσται τὸ λοιπόν, ὥστε τέρπεσθαι δόμῳ.

Verbi τέρπεσθαι notio, quod sane mirandum non est, interdum vicina est notioni verbi στέργειν, contentum esse, quod luculentius appareret e loco O. C. 799, ubi mortalium miserrimus, Oedipus, ait Creonti:

ἡμᾶς δ' ξα ζῆν ἐνθάδ' οὐ γὰρ δὲ κακῶς  
οὐδὲ ὁδὸς ἔχοντες ζῷμεν, εἰ τερποίμεθα.

i. e. εἰ στέργοιμεν, nec fortasse alio sensu accipienda quae dicuntur O. R. 785.

Philoct. 628. οὖκουν τάδ', ὡ παῖ, δεινὰ τὸν Λαερτίου  
ἴμ' ἐλπίσαι ποτ' δὲ λόγοισι μαλθακοῖς  
δεῖξαι νεώς ἀγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις;

Parum aut nihil probabilitatis habet Blaydesii coniectura πείσαντα δεῖξαι Θέντ' κτέ. Aut fallor, aut v. 630 imperite fictus est ab impolatore ad exempla v. 609 ἐδειξ' Ἀχαιοῖς ἐς μέσον et v. 616 τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἔγων.

Quo versu deleto, suspicor poetam scripsisse:

Οὕκουν τάδ', ὡς παῖ, δεινὰ τὸν Λαερτίου  
ἔμ' ἐλπίσαι <πείσειν> λόγοισι μαλθακοῖς,

i. e. οὕκουν δεινά, τὸν Λαερτίου ἐλπίσαι πείσειν ἐμὲ τάδε (i. e. ταῦτα) λόγοισι μαλθακοῖς. Notissima est formula πείθειν τινά τι, quae librariis parum familiaris saepius peperit interpolationes. Nempe post ἐλπίσαι proclivi errore ob ductuum similitudinem perierat πείσειν, et corrector nescio quis poetae mente perspecta locum mancum ut potuit sarsisse videtur. Pronomen ὅδε a Sophocle non raro ad praegressa, οὗτος contra ad sequentia referri notum est. Cf. exempla multa apud Dindorfium Lex. Soph. s. vv.

Philoct. 660 καὶ μὴν ἐρῶ γε, τὸν δ' ἔρωθ' οὔτως ἔχω.  
εἰ μοι Θέμις, Θέλοιμ' ἀν· εἰ δὲ μή, πάρεσ.

πάρεσ in tali sententia aptum non esse dudum intellectum est. Aptissimum vero erit, si scripseris:

εἰ μὴ Θέμις, στέργοιμ' ἀν· εἰ δέ, μοι πάρεσ.  
quae corrigendi ratio probabilior videtur hace:  
εἰ μὲν Θέμις, Θέλοιμ' ἀν· εἰ δὲ μή, Φράσον.  
quod olim proposui.

Philoct. 667 Θάρσει· παρέσται ταῦτά σοι καὶ θιγγάνειν  
καὶ δόντι δοῦναι καὶ ξεπεύξασθαι βροτῶν  
ἀρετῆς ἔκατι τῶνδ' ἐπιψαῦσαι μόνον.

Musgravius coniciens καὶ στόματι δοῦναι optime intellexisse videtur requiri quod respondeat verba προσκύνει (ώσπερ Θέον) in praegresso v. 656, sed neque προσκύνει idem est quod κυνεῖ, neque adeo ridicula ratione poetam id dicere potuisse

facile credet quisquam. Cum autem eodem quo προσκυνεῖν sensu verbum δεξιοῦσθαι adhibuerit Aeschylus Agam. 852, haud inepte suspiceris:

Θάρσει, παρέσται ταῦτά (τῶνδε?) σοι καὶ θιγγάνειν  
καὶ δεξιοῦσθαι, κἀτ' ἐπεύξασθαι κτέ.

Philoct. 690 πῶς ἀρα πανδάκριτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν;

Iniuria explicant sustinuit, quod Graece foret ἡγέτης, sed verbum valet retinuit, i. e. οὐκ ἀπέβαλε. Sententia: qui factum ut non sua sibi manu mortem conscienterit? Quare non necessaria videtur Nauckii coniectura ἀνέτλα.

Philoct. 715 δις μῆδος οἰνοχότου πώματος ἥσθη δεκέτει χρόνῳ,  
λεύσσων δὲ εἰ που γνοίγ στατὸν εἰς ὕδωρ  
δεὶ προσενώμα.

Gleditschius benc intellegens haec sana esse non posse vel propter commemoratum in fabulae principio fontem antro Philoctetae vicinum partim praeēunte Schultzio coniecit:

λεύσσων δὲ εἰ που γνοίγ σταγόν', εἰςιδών.

Σταγόνα quin recte Schultzius suspicatus sit non dubito, sed εἰσιδών γαλde displicet. Probabilius, ni fallor, rescripseris:

λεύσσων δὲ εἰ που γνοίγ σταγόν', εἰς ὕδωρ  
δεὶ προσενώμα.

vel potius δεὶ πόδ' ἐνώμα cum Wakefieldio.

Λευκὸν ὕδωρ poetis usitatum esse ignorat nemo.

His versibus in antistropha respondent hice:

726 Σπερχειοῦ τε παρ' θήσας, ήν' ὁ χάλκασπις αὐγὴ Θεοῖς  
πλάθει πᾶσιν, Θείφ πυρὶ παμφαῆς  
Οἴτας ὑπὲρ θήσων.

In πᾶσιν, quod inepte abundat, primus haesit Hermannus, sed coniectura eius Θεὸς || πλάθει Θεοῖσιν a lenitate minus commendatur. Evidem suspicor ΠΑΣΙ, sic enim libri, leviter

depravatum esse e ΠΑΙΣ, et post syllabam ΘΕΙ excidisse  
ΘΤ, i. e. Θεοῦ, itaque poetae manum fuisse:

ἴν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ Θεοῖς  
πλάθει <Θεοῦ> παῖς, κτέ.

Philoct. 755 δεινόν γε τούπισαγμα τοῦ νοσήματος.

Neque ἐπίσαγμα, neque quod pro eo substituit Bergkius  
ἐπίσιγμα, recte intellegi posse contendo. Expectatur:

δεινόν γέ τοι τὸ πρᾶγμα τοῦ νοσήματος.

vel δεινόν γέ τοι τὸ πῆμα κτέ.

ut mox sequitur

ἔως ἀνῆ

τὸ πῆμα τοῦτο τῆς νόσου.

Πρᾶγμα et multo saepius χρῆμα periphrastice cum genetivo  
iungi solere ne pueri quidem ignorant.

Philoct. 867 ὁ Φέγγος ὑπουρίου διάδοχον τό τ' ἐλπίδων  
ἀπίστον οἰκούρημα τῶνδε τῶν ξένων.

Iure criticos offendit mira locutio ἐλπίδων ἀπίστον, quod non  
nisi artificiosam admittit interpretationem. Ingeniose coniectum  
video γέγηθ' ίδων | ἀελπτον ἐπικούρημα. Mihi, quia custodiae  
notio hic aptior videtur quam auxilii, venit in mentem:

ὁ Φέγγος ὑπουρίου διάδοχον, τόδ' ἐλπίδων

ἀμεινον ἡν Φρούρημα τῶνδε τῶν ξένων.

Aeschylus Agam. 266 χάρημα μείζον ἐλπίδος.

Philoct. 921 καὶ ταῦτ' ἀληθῆ δρᾶν νοεῖ;

Incredibile est ad hunc usque diem patienter criticos et  
editores quod sciam omnes tulisse ἀληθῆ dictum pro ἀλη-  
θαις. sive δυτως. Quis Latine dici toleraret „num vera (pro  
re vera) haec facere cogitas?” Adverbio tam Aeschylus quam  
Euripides usi sunt, quod hucusque apud Sophoclem non  
legitur, id casui tribuere non dubito. Cf. Mnem. VI<sup>2</sup>, p. 279.

Philoct. 1001

κράτ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα,

*πέτρα πέτρας ἀνωθεν αιμάξω πεσών.*

Verbum ἐναιμάξω, quo utitur Scholiasta, nato fortasse e litteris ἀνωθ' ἐναιμάξω male divisis, veteribus saltem inauditum est, itaque Hermannus, qui haesit in πέτρα, perperam coniecit: πέτρας ἀνωθεν <τῆσδε> ἐναιμάξω πεσών.

Si quid mutandum, melius conicias:

<ταύτης> πέτρας ἀνωθεν αιμάξω πεσών

vel <ἄκρας> πέτρας κτέ. Cf. Ant. 411 ἄκρων ἐκ πάγων, ubi ēπι necessarium videri olim monui.

Philoct. 1032

*πῶς Θεοῖς εὖξεσθ' ἔμοι*

*πλεύσαντος αἴθειν λερά; πῶς σπένδειν ἔτι.*

Mekleri conjectura, quam impedito textui intulit ἔξεστ' (cum Piersono) ἐμὲ λεύσσοντά σ' αἴθειν λερά, vereor ut probari possit. Nam quod olim Dindorfius vere observavit, huius loci est tempus futurum, non praesens, et dubiae, ut leniter dicam, est Graecitatis ἔξεστί σε αἴθειν pro σοι αἴθειν.

Ipse olim Verslagen l.l. pag. 33 aliam viam ingressus, sic scribebam:

„Quia propter verba proxime praegressa additamentum „έμοι πλεύσαντος (requirebatur έμοι συμπλεύσαντος), propterea „quod eam cogitationem ultro supplemus, optime a poeta „omitti potuit, suspicatus sum hic interpretem poetae manum „oblitterasse, quam fuisse hance:

*πῶς Θεοῖσιν ἔξετε*

*πλεύσαντες (velis factis) αἴθειν λερά; πῶς σπένδειν ἔτι;*“

Hanc conjecturam licet nondum repudiem, fieri tamen protest ut εὐξεσθε, cuius verbi notio optime habet coniuncta cum sequentibus verbis θύειν et σπένδειν, sanum sit, et prorsus abiecto quod dixi glossemate, locus hoc modo sit redintegrandus:

*πῶς Θεοῖς εὖξεσθε <δῆ;*

*πῶς ἔξεστ' αἴθειν λερά; πῶς σπένδειν ἔτι;*

Sive hoc sive illud reposuerimus, expeditam habebimus et Sophocle dignam orationem.

Philoct. 1065 μὴ μ' ἀντιφώνει μηδέν, ὡς στείχοντα δῆ.

Valde suspectum habeo verbum ἀντιφωνεῖν, quod suapte natura Dativum postulat, coniunctum cum casu quarto. Aut fallor, aut poeta dedit:

μὴ μάντιφώνει μηδὲν ὡς στείχοντι δῆ.

Crasis μάντιφώνει significat μὴ ἀντιφώνει, nam neque μοι ἀντιφώνει coalescit, neque poetae Attici in senariis saltem eius pronominis diphthongum elidunt, quod semel sibi permisit, si locus sanus est, Sophocles in melicis, Aiac. 192 μὴ μ' ἄγαξ κτέ., ubi vide Dindorfium. Non enim persuadet mihi Leeuwenius, qui nuper ad Acharnenses v. 189 statuit, ubi dicatur μ' ἀρέσκει, μ' elisione ex μοι decurtatum esse. Minus me movet Ran. 103 σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει (ubi correctum volt σοι ταῦτ'), quam usus satis frequens structurae cum casu quarto apud Thucydidem et Platonem, quae, si spectamus primitivam verbi ἀρέσκειν notionem, nihil habet quod magno opere miremur, ut taceam nullum certum diphthongi OI elisae apud poetas Atticos extare exemplum.

Philoct. 1136 δρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας, στυγνὸν δὲ Φῶτ' ἔχθροπόν,  
μυρὶ' διπέρας αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ', δις ἐφ' ἥμιν κάκ'  
ἔμήσατ' Ὁδυσσεύς.

Pro Ὁδυσσεύς, quod glossator adscripsit ad ἔμήσατο, probabilius me iudice Dindorfius reposuit ὡς Ζεῦ, quam Meklerus οὐδεῖς. In altero versu διπέρας αἰσχρῶν labem suscepisse videtur e voce αἰσχρὰς in versu praecedenti, neque ideo corrigenti anxie spectandi sunt apices litterarum, quod fecit Kaibelius minus apte coniciens μυρία δ' ἀθρῶν. Suadet sententia:  
δρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας, στυγνὸν δὲ Φῶτ' ἔχθροπόν  
μυρὶ' ἐπ' ἀλλοις ἀνατέλλονθ', οἳ ἐφ' ἥμιν κάκ' ἔμήσατ', ὡς Ζεῦ.

i. e. cernens turpes eius fraudes, et odiosum inimicum infinita in alios excitantem mala, qualia in me machinatus est, o Iupiter! Ad collocationem particulae μὲν iam Wunderus attulit v. 279 sqq., et eiusmodi anomaliae saepe leguntur apud scriptores etiam pedestres. Subinde autem corripi diphthongum in οἵος (quod ita potius οἵος scribendum erit) et cognatis vocabulis in volgus notum est.

Philoct. 1140 ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν,  
εἰπόντος δὲ μὴ Φθονεράν  
ἔξωσαι γλώσσας δδύναν.

Dindorfii correctionem vulgo receptam μὲν ἐν sine ipsius commentario nemo intelleget, illo adiuti vereor ut multi prorsus intellegant. Nec hodie mihi plane satisfacit, quod quandam proposui τὸ μέν οἱ δοκῆσαν, sed similem sententiam clarius poetam significasse puto scribendo:

ἀνδρός τοι τὸ νέμει δίκαιον εἰπεῖν κτέ.

Némeiv pro νομίζειν Sophocli est in deliciis, ut docent plurima exempla in Dindorfii lexico Sophocleo pag. 310 A.

Philoct. 1218 ἐγὼ μὲν ἥδη καὶ πάλαι νεώς δμοῦ  
στείχων ἀνὴρ σοι τῆς ἐμῆς, εἰ μὴ πέλας  
Οδυσσέα στείχοντα τόν τ' Ἀχιλλέως  
γόνου πρὸς ἡμᾶς δεῦρ' ιόντ' ἐλεύσσομεν.

Neque δμοῦ Genetivo coniunctum ferri potest, neque στείχων — στείχοντα sic copulare potuit bonus poeta. Ergo quin στείχων mendosum sit dubium non est. Num putas Sophoclem per periphrasin pro νηὶ δμοῦ, quod metro excludebatur, scrisisse:

νεώς δμοῦ

τοίχοιν κτέ?

Si minus, aliud tu quaere. Cf. v. 1180.

Philoct. 1300. Neopt. ἀ, μηδαμῶς, μῆ, πρὸς Θεῶν, μεθῆς βέλος.

Phil. μέθες με, πρὸς Θεῶν, χεῖρα, Φίλτατον τέκνου.

Verba πρὸς Θεῶν e versu proximo male repetita expulerunt, ut fit, genuina. Corrigo:

μέθες με<Θες τὴν> χεῖρα, Φίλτατον τέκνου.

quae sic scripta non egebunt interprete. Sic edidi nuper in Excerptis meis e poetis Graecis, ed. altera apud Kemink (a. 1886) pag. 100.

Philoct. 1329 καὶ παῦλαν ἴσθι τῆσδε μῆποτ' ἀν τυχεῖν  
νόσου βαρεῖας, ἔως ἀν αὐτὸς ἥλιος  
ταύγη μὲν αἰργ, τῇδε δ' αὖ δύνη πάλιν,  
πρὶν ἀν τὰ Τροῖης πεδί' ἐκών αὐτὸς μόλις  
καὶ τοὺς παρ' ἥμιν ἐντυχών 'Ασκληπίδαιν  
νόσου μαλαχθῆς τῆσδε, κτέ.

Verba νόσου μαλαχθῆς τῆσδε gravius laborare videntur quam quae Blaydesii aut Tournieri coniecturis (*μεταστῆς et ἐπαναχθῆς*) sanentur. Utraque enim ratione restat absurdum dicendi ratio oīποτε παύσει τῆς νόσου, πρὶν ἀν παύσῃ τῆς νόσου. Non μαλαχθῆς igitur mendosum videtur, sed νόσου τῆσδε, quod e superscripto glossemate nasci potuit. Quibus deletis, suspicor potius:

τέχνη μαλαχθῆς (μαλαχθῆ?) τῶνδε.

Philoct. 1417 σὺ δ' ἐμῶν μόθων ἐπάκουουσον.

[καὶ πρώτα μέν σοι τὰς ἐμὰς λέξω τύχας,  
ὅσους πονήσας καὶ διεξελθών πόνους  
ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον, ὡς πάρεσθ' ὅρδν.  
καὶ σοὶ, σάφ' ἴσθι, τοῦτ' ὁφείλεται παθεῖν,

1422 ἐκ τῶν πόνων τῶνδ' εὔκλεα θέσθαι βίον].

ἐλθῶν δὲ σὺν τῷδ' ἀνδρὶ πρὸς τὸ Τρωικὸν  
πόλισμα, πρώτον μὲν νόσου παύσει λυγρᾶς κτέ.

Iniuria in ἀρετὴν haerere mihi videtur Meklerus, quod noto

usu adhiberi potuit pro δέξα ἀρετῇς s. gloriā, neque aliud voluisse horum versuum auctorem appareat e v. 1422. Sed alia sunt quibus in hoc loco iure offendaris. Primum enim, quod gravissimum est, Hercules quae v. 1418 se facturum pollicitus est, non exequitur, neque proficimus hilum cum Dindorfio aut Bergkio pro λέξω corrigendo λέγω vel δειξω, deinde vero στοιβῇς speciem praebent verba subabsurda ὡς πάρεσθ' ὄραν. Aut igitur fallor, aut verba (1418) καὶ πρώτα — (1422) θέσθαι βίον Sophocli abiudicanda sunt, bisque deletis v. 1423 corrigendum:

Ἐλθῶν σὺ σὺν τῷδ' ἀνδρὶ κτέ.

Philoct. 1431 & δ' ἀν λάβῃς σὺ σκῦλα τοῦδε τοῦ στρατοῦ,  
τόξων ἐμῶν μυημεῖα πρὸς πυρὰν ἐμῆν  
κόμιζε.

Postulante sententia Schneidewinus coniecit τοῦ δῆου στρατοῦ, sed erravit in forma. Numquam enim tragicos dixisse δῆιος s. δῆος sed δάιος s. δᾶος, ut νάιος et νᾶος, vere observatum est. Potius autem scripserim δαῖον στρατοῦ quam τοῦ δᾶου στρατοῦ, cum quia hoc minus numerosum est, tum propterea quod poetae preferunt, ubi metrum admittit, formam trisyllabam.

ELECTE. 197 δόλος ἦν δ Φράσας, ἔρος δ κτείνας,  
δεινῶν δεινῶς προφυτεύσαντες  
μορφάν, κτέ.

Incredibile cum sit μορφάν nude positum significare posse formam sceleris, Blaydesius coniecit βουλάν. Mihi hodie, ut olim, probabilius videtur λωβάν, i. e. ποχαμ, perniciem, quo vocabulo saepe usus est Sophocles. De transpositione vocum δόλος et ἔρος vide ad Trachin. 18 sqq.

Elect. 217 πολὺ γάρ τι κακῶν ὑπερεκτήσω  
σφ δυσθύμῳ τίκτουσ' δει

ψυχῇ πολέμους· τὰ δὲ τοῖς δυνατοῖς  
οὐκ ἐριστὰ πλάθειν.

Alii aliter hunc locum temptarunt, nemo me iudice felicius Wakefieldio, qui hoc certe perspexit sub πλάθειν latere τλάθι. Cum tamen ita requireretur μὴ pro οὐ et cogitatio iusto obscurius enuntiata foret, corrigendum suspicor:

σὺ δ', ἐπεὶ δυνατοῖς  
οὐκ ἐριστὰ, τλάθι.

i. e. tu vero, quia cum potentibus contendi nequit, perfer et obdura. His scriptis video Gleditschium proponere: τὸ δὲ „τοῖς δυνατοῖς οὐκ ἐριστὰ” λάθει, in qua quamvis ingeniosa coniectura desidero pronomen σέ.

Eletr. 226 τίνι γάρ ποτ' ἀν, ὡς φιλία γενέθλα,  
πρόσφορον ἀκούσατε μ' ἔπος, τίνι φρονοῦντι καίρια;  
ἀνετέ μ' ἀνετε, παράγοροι κτέ.

Paucis annis abhinc in Mnemosyne XII<sup>2</sup> p. 317 sq. probare conatus sum sententiam loci requirere huiscemodi correctionem:

τίνι γάρ τὸ σόν, ὡς φιλία γενέθλα,  
πρόσφορον ἀκούσατε στ' ἔπος, τίνι φρονοῦντι καίρια; κτέ.

Elect. 328 τίν' αὖ σὺ τήνδε πρὸς Θυρῶνος ἐξόδοις  
εἰλθοῦσα φωνεῖς, ὡς κατιγνήτη, φάτιν;

Ferri non posse sic positum ἐλθοῦσα dudum apud me constat, itaque nunc monenti Schmidtio planissime assentior, sed quod pro eo substitutum volt οἰχυοῦσα propter huius participii post verba πρὸς Θυρῶνος ἐξόδοις abundantiam loci vitio non mederi aequa mihi persuasum sit. Longe aptius foret εἴθουσα, more tuo, quam coniecturam suam lenissimam aliquando mecum communicavit Mehlerus meus, cui nihil aliud obmovere possum quam Homericum hoc participium nusquam alibi in tragœdia repertum esse. Ipse cogitavi de reponendo

ἀλγοῦσα, dolens, moesta. Sed vide annon, cl. Antig. 1184  
(πρὸς ἔξοδον στείχουσα), corriger sufficiat πρὸς — ἔξοδον  
ἐλθοῦσα.

Elect. 363 ἐμοὶ γάρ ἔστω τοῦ με μὴ λυπεῖν μόνον  
βόσκημα.

Locum nescio quot modis frustra tentatum bene correxisse  
mihi videtur paucos ante annos vir doctus (Tournierius?) in  
Révue de Philologie scribendo:

ἐμοὶ γάρ ἔστω, τούς με χρῆ, λυπεῖν μόνον  
βόσκημα.

Egregia emendatio praeteriisse videtur Mekleri diligentiam.  
Volgatam scripturam tueri conatur G. H. Mueller Emend.  
p. 20 sq.

Elect. 379 μέλλουσι γάρ σ', εἰ τῶνδε μὴ λήξεις γδῶν,  
ἔνταῦθα πέμψειν ἔνθα μὴ ποθ' ἥλιου  
Φέγγος προσέψει, κτέ.

Malim hic pro μὴ ποθ' legi μηκέθ', cum praesertim mox  
v. 383 in eadem versus sede appareat μῆτος.

Elect. 459 οἱμαι μὲν οὖν οἱμαὶ τι κάκείνῳ μέλον,  
πέμψαι τάδ' αὐτῇ δυσπρόσοπτ' δυείρατα.

Violentissime Schmidtius:

δαίμων μὲν οὖν οἱμαι τις ἔστιν, φέμελεν κτέ.

qua conjectura temere id quod poeta et ipsa Clytaemestra<sup>1)</sup>  
tribuerunt manibus Agamemnonis, nescio cui daemoni tri-  
buitur.

Ceterum si recte vir doctus anadiploxi hic locum esse ne-  
gavit, aptius conicias:

<sup>1)</sup> Haec verior nominis forma sine N tragicis nondum est ab editori-  
bus restituta.

οἵμαι μὲν οὖν εἶναί τι κακεῖνῳ μέλον,  
πέμψαντί γ' αὐτῷ δυσπρόσωπτ' ὀνείρατα.

Existimo rem (ultionem) etiam illi (mortuo) cordi esse, quippe qui ei (uxori) obscena somnia miserit. Sic O. C. 659 τοισδ' ἔστω μέλον.

Elect. 563 ἔροῦ δὲ τὴν κυναγὸν "Αρτεμιν τίνος  
ποινὰς τὰ πολλὰ πνεύματα ἔσχε' ἐν Αὐλίδι.

Verba τὰ πολλὰ πνεύματα nihil aliud significare possunt quam δέ μέγας χειμών, nec probari potest Hermanni interpretatio „multos illos ventos qui flare ibi solent.” Qui optime hoc perspexit Schmidtius, idcirco scribendum coniecit τίνος / τόλμης ἀποινα πνεύματα κτε. Ita tamen permire Dea dicetur ventos cohibuisse vel retinuisse Aulide, quasi eodem tempore extra eius urbis fines libere flarent. Cum autem neque in verbis τίνος ποινὰς neque in τὰ πολλὰ πνεύματα per se spectatis quidquam reperiatur quod iure vituperes, potius crediderim vitii sedem esse ἐν Αὐλίδι, quae vocabula olim a glossatore adscripta genuina vocabula e textu exturbasse suspicor. Fortasse fuit:

ἔροῦ δὲ τὴν κυναγὸν "Αρτεμιν, τίνος  
ποινὰς τὰ πολλὰ πνεύματα ἔσχε <τὸν σόλον>.

Ita Sophocles, eandem quam Aeschylus famam secutus, non malaciam sed hiemem classem Graecorum retinuisse dixerit. Cf. Agam. 145. 195 sqq. Ipsam Deam hiemem excitasse cum omnes spectatores noverant, tum paullo post v. 570 diserte id significatur. Neque opus erat ut Aulidem nominaret Electra, nam etiam Clytaemestra in praegressis, ubi tetigit Iphigeniae sacrificium, nec locum neque occasionem, quae nemo ignorabat, commemoravit. — Merito v. 565 damnare mibi videtur Schmidtius, et mentione saltem dignae sunt eiusdem conjecturae πατῶν et πέδου pro παιζῶν et ποδοῖν, sed minime necesse est cum illo v. 618, ubi editur

*ξέωρα πράστω κούκ ἐμοὶ προσειπότα,*  
*corrigamus φράζω, quandoquidem apte haec verba referri*  
*possunt ad Clytaemestrae orationem*  
*ἡτις τοιαῦτα τὴν τεκοῦσαν ὑβρίσεν*  
*καὶ ταῦτα τυλικοῦτος*  
*unde ad πράστω mente supplendum est τοιαῦτα τὴν τεκοῦσαν*  
*ὑβρίζουσα.*

Elect. 655 *ταῦτ', ὡ Λύκει' Ἀπολλον, Ἄλεως κλύων*  
*δὸς πρᾶσιν ἥμιν ὀσπέρ εἶχαιτούμεθα.*

In *πρᾶσιν* non temere haerens Schmidtius pag. 136 coniecit:  
*ῳδ' δπασον ἥμιν κτλ.*

At verbum δπάξειν, quo nusquam Sophocles usus est, a sermone tragico, si melica carmina, quae verba epica facilius admittunt, exeperis, prorsus alienum est. Melius igitur fortasse conieciisset:

*δὸς πρᾶξιν ἥμιν ὀσπέρ εἶχαιτούμεθα.*

Ad *πρᾶξιν* sic usurpatum cf. Ai. 790. 792. Trach. 152. 294. Ant. 1305. Ceterum utrumque versum fortasse recte interpolatori tribuit Nauckius.

Elect. 724 *ἔπειτα δ' Αιγιάνος ἀνδρὸς ἀστομοι*  
*πῶλοι βίᾳ φέρουσιν.*

Similiter Euripides Hippol. 1224

*οἱ δὲ ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γυάθοις*  
*βίᾳ φέρουσιν.*

Scribendi tamen usus utrobique suadet *βίᾳ ἀφέρουσιν*, ut monui nuper in Excerptis, pag. 68.

Elect. 749 *στρατὸς δ' ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα*  
*διφρων, ἀνωλόλυξε τὸν γεανίαν, κτέ.*

In Excerptis pag. 69 reposui *ἀνωτότυξε*, quod olim conieci coll. Aesch. Agam. 1074 et Eur. Hel. 376. Nam ὀλολύ-

ζειν de infausto clamore ab antiquioribus non usurpabatur.<sup>1)</sup>  
Ibidem v. 781 e veteri mea coniectura (Verslagen p. 12) dedi:

ἀλλ' ὁ προστατῶν

χρόνος διῆγυχε μ' αἰὲν ὡς θανουμένην.

pro διῆγε, quia χρόνος aliquem διάγειν dici non posse videtur.

Elect. 795 Clyt. οὐκουν Ὀρέστης καὶ σὺ παύσετον τάδε;

El. πεπαύμεθ' ἡμεῖς, οὐχ ὅπως σὲ παύσομεν.

Melius quadraret Electrae responsum, si una addita littera scriberetur:

Πεπαύμεθ' ἡμεῖς, οὐχ ὅπως σφε παύσομεν.

i. e. τάδε παύσομεν, ut monui l.l. pag. 70.

Elect. 812

νῦν δὲ ποὶ με χρὴ μολεῖν;

μόνη γάρ είμι, σοῦ τ' ἀπεστεργμένη

καὶ πατρός. Ηδη δεῖ με δουλεύειν πάλιν.

ἐν τοῖσιν ἔχθιστοισιν ἀνθρώπων ἐμοὶ

Φονεῦσι πατρός. Ἄρα μοι καλῶς ἔχει;

ἀλλ' οὐ τι μὴν ἔγωγε τοῦ λοιποῦ χρόνου

ἔσομαι ξύνοικος κτέ.

Schmidtii coniectura Ηδη δεῖ με δουλεύειν λάτριν συνοῦσαν ἔχθιστοισιν praeter mutandi audaciam duobus gravibus laborat incommodis. Nam et pleonastice dictum est δουλεύειν λάτριν, et non addito πάλιν vel δεῖ, haud satis convenit loci sententiae, quia sic haec nova Electrae conditio nihil differt ab ea qua fuit ante mortem quam putat Orestis, cuius ope se ista servitute liberatum iri speraverat.

Me si audis, versus 813 vitii plane immunis est, sed in

<sup>1)</sup> Contra vide an Aeschylo Agamenn. 586 reddendum sit:

δόμοις δὲ ταῦτα καὶ Κλυταιμνήστρα (l. — στρ) μέλειν

εἰκὸς μάλιστα, σὺν δ' ἐπολολύζειν ἐμέ.

ubi traditum est δὲ πλούτιζειν. Cf. Arist. Eq. 616.

versu sequenti labe affecta sunt verba *ἐν τοῖσιν*, quam facilime corrigemus scribendo:

Ἄδη δεῖ με δουλεύειν πάλιν  
τοῖς <πλείσον> ἔχθιστοισιν ἀνθρώπων ἐμοὶ,  
quemadmodum Sophocles locutus est Philoct. 631

*τῆς πλείστου ἔχθιστης ἐμοὶ*

*ἔχιδνης*

et O. C. 743 *πλείστου κάκιστος*, quae summi odii significatio quam sit huic loco apta nemo non intellegit. Alia eius usus exempla dabit Porsonus ad Hecub. 631. Vides, cum in antiquo codice superesset ΤΟΙΣ ΕΧΘΙΣΤΟΙΣΙΝ, correctorem, ut numeris subveniret, imperite supplevisse *ἐν τοῖσιν*.

Elect. 846 *ἔφανη γὰρ μελέτωρ ἀμφὶ τὸν ἐν πένθει· ἐμοὶ δὲ οὕτις ἔτ' ἔσθι· κτλ.*

'Ο *ἐν πένθει* nihil aliud significare potest, quam δ *πενθῶν*, ut est supra 290 ἄλλος δ' οὕτις *ἐν πένθει βροτῶν*; nequaquam vero δ *πενθούμενος*, itaque ab hoc loco, ubi non Alcmeon sed pater Amphiaraüs verbis *τὸν ἐν πένθει* significatur, prorsus alienum est. Iam olim mihi nata est, et fortasse alicubi prollata, suspicio poetam alludentem ad notam fabulam de Amphiaraeo hiscenti terra vorato et abscondito scripsisse sive *βενθει* sive *κεύθει*, ad quam fabulam respexit supra quoque v. 838

*οἴδα γὰρ ἁγακτ' Ἀμφιάρεων χρυσοδέτοις ἔρκεστι  
κρυφθέντα γυναικῶν.*

Quare fortasse verius est *κεύθει*, quod vocabulum simul inferos et sepulcrum notare potest. Cf. Eur. Hec. 1 et Soph. Ant. 818. — Iniuria vero Blaydesius sollicitare videtur *μελέτωρ*, quo vocabulo quamquam semel lecto nihil est sanius. Violenta quidem, sed apta, conjectura Gleditschius verba *ἀμφὶ τὸν ἐν πένθει* mutat in 'Αμφιάρεω παῖς· ἐπ'.

Elect. 903

ώς εἰδον, ἐμπαίει τί μοι

ψυχὴ σύνηθες δῆμα, Φιλτάτου βροτῶν

- πάντων Ὀρέστου τοῦθ' ὀρᾶν τεκμήριον.

In his verbis tam σύνηθες, pro quo ipsum contrarium expectes, quam δῆμα permire dictum movet suspicionem. Venit in mentem, quod dubitabundus adscribo:

ἐσπαίει τί μοι

ψυχὴν ἀγῆτες δῆγμα κτέ.

percutit mihi animum insueta opinio. Δῆγμα hoc sensu aliquoties usurpavit Plato, sed confidentius hoc reponerem, si alibi apud tragicos reperiatur. Ἐσταίειν cum casu quarto iunxit Rhesi auctor v. 560. "Ομμα facile huc devenire potuit e versu vicino 906. Sed aliorum curae hunc locum, cui nihil prosunt Blaydesii coniectrae, commendo.

Elect. 922 οὐκ οἰσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει.

Nemo quidquam attulit quo haec permira dicendi ratio defenderetur aut illustraretur. Quocirca legendum suspicor:

οὐκ οἰσθα δ' ὁ, τι Φῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει.

cf. Excerpta.

Elect. 930

τοῦ γὰρ ἀνθρώπων ποτ' ἦν

τὰ πολλὰ πατρὸς πρὸς τὰ Φον κτερίσματα;

Schmidtii coniecturam τὰ πόμπιμα vitiosa pedis secundi incisio falsam esse evincit. Qui si iure haesit in τὰ πολλὰ, melius conicias:

τομαῖα πατρὸς πρὸς τὰ Φω (cum Blaydesio) κτερίσματα;

Aesch. Cho. 168 ὁρῶ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τὰ Φω. Cf. Eur. Alcest. 101.

Elect. 1007 οὐ γὰρ θανεῖν ἔχειστον, ἀλλ' ὅταν θανεῖν

χρῆσων τις εἴτα μηδὲ τοῦτ' ἔχει λαβεῖν.

Consensu fere criticorum hi versus damnantur, suntque

sane loco quo leguntur prorsus incongrui. Cum tamen per se spectati optimi sint et summo poeta dignissimi, non ab interpolatore facti, sed olim e nescio quo deperdito dramate adscripti e margine in textum migrasse videntur. — Nunc video Schubertio placuisse sententiam, hos vss. olim lectos fuisse post v. 1052, contra vss. 1053 sq. ubi hodie illi leguntur, quae opinio quo pacto ei in mentem venire potuerit haudquaquam intellego.

**Elect. 1009** *ἀλλ' ἀντιάζω, πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν  
ἥμᾶς τ' ὀλέσθαι καξεργυμῶσαι γένος,  
κατασχες ὄργην.*

Vocabula τὸ πᾶν, quae loci structura iungi vetat cum γένος et post πανωλέθρους male abundant, a correctore ad deficiente pedem supplendum additum esse suspicor. Quod si ita est, conicere possis:

*ἀλλ' ἀντιάζω <δή σε>, πρὶν πανωλέθρους  
ἥμᾶς τ' ὀλέσθαι καξεργυμῶσαι γένος,  
κατασχες ὄργην.*

**Elect. 1035 El.** *ἀλλ' οὐν ἐπίστω γ' οἱ μ' ἀτιμίας ἀγεις.*

**Chrys.** *ἀτιμίας μὲν οὖ, προμηθίας δέ σου.*

Schmidtius coniecit ως ἀτιμίας ἔχη, quod putat significare posse, qua de re equidem valde dubito, te infamiae servire sive studere. Sed, utut hoc est, multo leniore remedio sententiae opitulari possumus, si intacta servantes verba οἱ — ἀγεις in Chrysothemidis responso una mutata litera reponimus:

*ἀτιμίας μὲν οὖ, προμηθίας δέ του.*

i. e. δ' Ισως. Quam autem necessaria sit tradita scriptura in verbis Electrae, imprimis appetet ex eiusdem quaestione subsequenti:

*τῷ σῷ δικαίῳ δῆτ' ἐπισπέσθαι με δεῖ;*

et sororis responso:

*δταν γαρ εν Φρονήσ, τόθι ήγάπει σὺ νῷν.*

Elect. 1113 *Φέροντες αὐτοῦ σμικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ*  
*τεύχει Θανόντος, ὡς δρᾶς, κομίζομεν.*

Haec verba sic refingit Schmidtius:

*Φθαρέντος αὐτοῦ σμικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ*  
*τεύχει Φανέντες, ὡς δρᾶς, κομίζομεν.*

In qua coniectura admodum mihi displicet additum *Φανέντες*. Si recte vir doctus vidit *Φθαρέντος* esse genuinam lectionem pro *Φέροντες*, verisimile est *Θανόντος* esse illius participii glossema, quo expulso, quaerentibus quid pro eo substituendum sit nihil opus est venari litterarum similitudinem, sed poetae id reddendum quod prae ceteris loco accommodatum esse videatur. Quare potius coniecerim:

*Φθαρέντος αὐτοῦ σμικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ*  
*τεύχει <κεκρυμμέν'>, ὡς δρᾶς, κομίζομεν.*

Ita mox v. 1119 εἰπερ τόδε κέκευθεν αὐτὸν τεύχος et Trach.  
 556 δῷρον λέβητι χαλκέω κεκρυμμένου.

Elect. 1169 *ξὺν σοὶ μετεῖχον τῶν ἰσων.*

Usitatior structura foret *σοὶ μετεῖχον*, sed per tmesin sic poeta dixisse videtur pro *σοὶ ξυμμετεῖχον τῶν ἰσων*. Antig. 536. δμορροθῶ καὶ ξυμμετίσχω καὶ Φέρω τῆς αλτίας. Nisi forte putas *σοὶ ξυμμετεῖχον* esse genuinam poëtae manum.

Elect. 1190. El. *διθούνεκ' εἰμὶ τοῖς Φονεῦσι σύντροφος.*

Or. *τοῖς τοῦ; πόθεν τοῦτ' ἔξεσήμηνας κακόν;*

El. *τοῖς πατρός. εἴτα τοῖσδε δουλεύω βίᾳ.*

Wexii coniecturam *τοῦ ποθ'*; ἐν Schmidtius sine commentario intellegi posse iure negat, sed vellem ipse commentarium addidisset huic suae:

*τοῖς τοῦ ποθ'; οἶον τοῦτ' ἔσήμηνας κακόν;*

Nam si recte eius mentem perspicio (qnam declarare videtur appositum interrogandi signum), usurpavit *οἶον* ubi sermonis proprietas requirebat *τοῖον*. Quippe *οἶον* exclamantis est, *τοῖον* rogantis, nec sententia fert exclamationem, quia Orestes, nondum cognito Electrae responso, mali gravitatem ignorat, sed optime quaerere potuit, quantum illud malum esset, quod Electra nondum satis clare significaverat. Quod si ita est, non potuit id aliter rogare quam sic:

*τοῖς τοῦ; πόσον τοῦτ' ἔξεσήμηνας κακόν;*

i. e. quam longe patet quod significasti malum? Semper enim malum est vivere cum occisore, sed quantum sit, hoc pendet ab occisi persona atque conditione. Quam facile vero ex ΠΟΚΟΝ fieri potuit ΠΟΘΕΝ.

Elect. 1209. Or. οὗ Φημί' ἐάσειν. El. ὁ τάλαιν' ἔγώ σέθεν,  
'Ορέστα, τῆς σῆς εἰ στερήσομαι ταφῆς.

Schmidtius:

Or. σοὶ Φημί', ἔασον. αὖτις πάλιν λέγω, μέθες.

El. 'Ορέστα, τῆς σῆς καὶ στερήσομαι τέφρας.

Prioris versus difficultates recte perspexit et peringeniose removere studuit vir doctissimus, sed omnino repudiandum, quod in sequenti reponit τέφρας, quo vocabulo numquam tragici usi sunt, excepta satyrica Euripidis fabula Cyclope, in qua v. 641 de ligni cinere adhibitum est. Constanter autem tragicci usurpant στοδές, in hac ipsa fabula Sophocles vss. 758. 1122. 1159. 1198. — Praeterea non video quid in tradita lectione sit reprehendendum. Quidni enim Electra, erepta sibi urna, quereretur se iam fratris sepeliendi occasione privatum iri? Nonne urna condenda erat in sepulcro, eaque sepultura ταφὴ dici potuit? Ceterum etiam malim per exclamationem scribere:

'Ορέστα, τῆς σῆς ἐστερήσομαι ταφῆς.

Elect. 1250. Or. ἔξοιδα, παῖ, ταῦτ' ἀλλ' ὅταν παρουσίᾳ  
Φράξῃ, τότε ἔργων τῶνδε μεμυῆσθαι χρεών.

Reliquis in locum depravatum coniecturis, quarum nulla mihi satisfacit, accedat haec mea:

ἀλλ' ὅταν περ αἰσ' ἐᾶ  
Φράξειν, τότε ἔργων τῶνδε μεμυῆσθαι χρεών.

Elect. 1292. χρόνου γὰρ ἀν σοι καιρὸν ἔξειργοι λόγος.

Duplex Schmidtii coniectura χρόνος — ἔξαγοι λόγου et ψύχου — ἔξαγοι χρόνος tribuit verbo ἔξαγειν significationem afferendi, quam nunquam habuit neque habere potuit. Longe praestare videntur Reiskii et Dindorfii suspiciones Scholiastae nixa interpretatione, pro χρόνου ἔργου vel τόνου corrigendum esse. Ceterum hunc versum, qui commode abesset, Sophocleum esse dubito. — Quod idem Schmidtius v. 1296 pro οὗτῳ scribendum proponit ὅπα, haec Blaydesii coniectura est in Electrae editione a. 1873. Nec tamen ea suspicione satis expediri mihi videntur versus obscurissimi:

οὕτω δ' ὅπως μήτηρ σε μὴ πιγγώσεται  
Φαιδρῷ προσώπῳ νῦν ἐπελθόντοι δόμους.

quibus mira saltem ratione dicitur quod sententia postulat: vide autem ne laeto tuo vultu mater animadvertis nos domum venisse. Quae cogitatio quanto simplicius exprimi poterat scribendo:

ὅπως δὲ μήτηρ σῷ γε μὴ παισθήσεται  
Φαιδρῷ προσώπῳ νῦν ἐπελθόντοι δόμους.

Elect. 1358 ξυγών μ' Ἐληθες οὐδὲ Ἔφαινες.

Omnino facio cum iis qui ad Ἔφαινες mente repetentes ξυγών hunc versum sanum esse existiment, nec quidquam tribuo audacissimis Schmidti coniecturis, quas, si tanti est, vide apud ipsum pag. 153 sq.

Elect. 1415 ὄμοι πέπληγματι. El. παισον, ει σθένεις, διπλάζω.

Ferri non posse *εἰ σθένεις* satis manifestum est, sed non placent propositae coniecturae. Nam si cum Weckleinio legimus *εἰ στένει*, necessario concludimus Electram fratri suadere ut ne primo ictui novum addat, si non gemat Clytaemestra, sin vero cum Schmidio substituimus ὡς *σΦ' ἔλης* vel ὡς *Θάνη*, Sophocli tribuimus quae abundant. Nec tamen ipse reperio quod mihi satisfaciat, nam εὐσθενῶς, ut εὐσθενῆς et εὐσθενεῖν, vereor ut antiqui sit sermonis. Etiam sequentia verba *εἰ γὰρ Αἴγισθω Θ' δμοῦ* vix sana videntur.

Elect. 1451 Φίλης γὰρ προξένου κατήνυσαν.

Nec Clytaemestra nuntiorum πρόξενος dici potuit nec verbum *κατανύτειν* regit genetivum. Quae animadvertis Blaydesius corrigit *ἐς ξένου*, recte, nisi quod malim *ἐς ξένης*, non enim dubito quin recte Elmsleius et Dindorfius Euripidi Suppl. 96 reddiderint *ξένας Θ' δμοῦ γυναικας* pro *ξένους*.

Priusquam ad aliam fabulam transeam verbo lubet monere placere mihi hodieque quas Verslagen p. 10—15 proposui coniecturas v. 37 μητρὸς pro *χειρός*, vss. 433 sq. spurios esse, v. 1260 *κατ' αξίαν* pro *ἀν αξίαν*, v. 1279 *μεγίσταν* pro *μεθέσθαι*. De aliis iam monui.

OEDIPI REG. 420 βοῆς δὲ τῆς σῆς ποῖος οὐκ ἔσται λιμήν,  
*ποῖος Κιθαίρων οὐχὶ σύμφωνος τάχα,*  
*δταν καταίσθῃ τὸν ὄμενατον, δν δόμοις*  
*ἄνορμον εἰσέπλευσας, εὐπλοίας τυχῶν;*  
*ἄλλων δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνει κακῶν,*  
*ἄ σ' ἐξισώσει σοὶ τε καὶ τοῖς σοὶς τέκνοις.*

Locum multifariam depravatum ingeniose sic temptavit Schmidtius:

βοῆς δὲ τῆς σῆς ποῦ ποτ' οὐκ ἔσται μέλη  
 (vel βοῆς δὲ σῆς τὶς οὐκ ἀκούσεται μέλη)

*ποτος Κιθαιρών ούχι σύμφωνος γέοις,  
δταν καταίσθη τὸν ὑμέναιον, δν πάλαι  
ἄγορμον εἰσέπλευσας, εὐπλοίας τυχών;  
λαχών δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνει κακῶν,  
δ σ' ἔξισώσει σῷ τοκετ καὶ σοὶς τέκνοις.*

in ultimo versu probatam plerisque Nauckii correctionem recte secutus. Bene de hoc loco Schmidtium meruisse nemo facile negabit, nam βοῆς — μέλη — et λαχών admodum probabiles sunt coniecturae. Reliqua vero tentamina sunt eiusmodi, ut nequaquam probari posse mihi videantur. Nam in primis versibus, sive priorem sive posteriorem, quae iusto violentior est, adoptamus coniecturam, laborat ratio syntactica, quandoquidem neque ἔσται usurpatum in priore versu existendi notione in sequenti mente repeti potest ut verbum auxiliare, neque omnino ex ἀκούσεται cogitatione assumi potest in altero versu ἔσται. Fac autem syntaxin Graecam hanc poetae permisisse licentiam, vel sic versum ποτος Κιθαιρών κτέ. intellegi posse vehementer nego. Mons enim, quippe ἄφωνος, nulli rei nec personae σύμφωνος dici potest. Sonum quidem repercutit sed hoc Graece dicitur ἀντηχεῖν, non συμφωνεῖν, ut arbitror. Quod vero non minus grave est, imo rei caput, numquam Oedipus Cithaeronem adibit, ut eiulatibus suis montem, ubi expositus fuit, impleat, sed in hac fabula Thebis manebit, unde ne rugientis quiden leonis sonum montem longe dissistum tangere posse ecquid opus est affirmare?

Ergo nihil ex mea quidem sententia est certius quam non tantum λαμήν, sed etiam Κιθαιρών veterum librariorum incuria esse depravatum. Suspicer autem Sophoclem sub Tiresiae persona respicientem ultimam huius fabulae partem (1184 sqq.) dedisse:

*βοῆς δὲ τῆς σῆς ποι' ἀρ' οὐκ ἔσται μέλη,  
ποτος Θέταιρων ούχι σύμφωνος γέοις,  
δταν καταίσθη τὸν ὑμέναιον, δν πάλαις*

*ἄνορμον εἰσέπλευσας, εὔπλοιας τυχών;  
λαχῶν δὲ πλῆθος κτέ.*

Ad σύμφωνος cf. Aristoph. Av. 221. 660.

Oed. R. 566 *ἀλλ' οὐκ ἔρευναν τοῦ Θανόντος ἐσχετε;*

Requirente sententia Dindorfius correxit *κανόντος*, sed paullo lenius etiam possis *κανόντος*. — In sequenti versu pro corrupto *ἡ κούσα μεν* reliquis coniecturis accedat *ἐφῆνα μεν*, sc. *τὸν κανόντα*. Refutare nihil opus eum qui nuper quantitatem vocalis ignorans reponebat *ἡνύσαμεν* (!), idque postquam evitato hoc scopulo Nauckius apte coniecit *κούδεν ηνομεν*. In editione mea utrumque versum fortasse non iniuria proscripsi.

Oed. R. 601 sq.

*ἀλλ' οὖτ' ἔραστής τῇσδε τῇσ γυνώμης ἔΦυν,  
οὖτ' ἀν μετ' ἄλλου ἔρωντος ἀν τλαιγν ποτέ.*

Hodie ut ante XX annos, cum hanc fabulam ederem, contendo universi loci nexum postulare hance sententiam:

*ἀλλ' οὖτ' ἔραστής σῆς ἔΦυν τυραννίδος,  
οὖτ' ἀν μετ' ἄλλου ἔρωντος ἀν σταιγν ποτέ.*

Conferebam Eurip. fr. 846, Rhes. 166. Herc. 65 et Herodot. III 53 et ad formulam *στῆναι μετὰ τινός*, stare a partibus alicuius, Eurip. Hel. 889. Cf. Thuc. III 39 *ἐζητησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες* (*στάντες ἡμᾶς?*) διαφθεῖραι. Nunc paullo lenius eadem sententia partim cuna Heimsoethio rescripserim:

*ἀλλ' οὖτ' ἔραστής τῇσδε σῆς ἀρχῆς ἔΦυν,  
οὖτ' ἀν μετ' ἄλλου ἔρωντος ἀν σταιγν ποτέ.*

Neque ipse tuum istud imperium cupio neque alii (Tiresiam putā) cupienti favebo umquam. Ita verba τῇσδε σῆς ἀρχῆς aptissime opposita erunt verbis (593) ἀρχῆς ἀλύπου καὶ δυναστείας, quam privato sibi esse Creon dixerat.

Oed. R. 608 γνώμη δ' ἀδύλω μή με χωρὶς αἰτιῶ.

Δῆλου δ' ἐλέγχου quod Schmidtius coniecit non magis quam τεκμηρίων, quod voluit Nauckius, facile sic depravari potuit. Lenius certe remedium fuerit γνώμης δὲ δῆλου κτέ., i. e. sinc clara sententia, re non clare perspecta. O. C. 594 δίδασκ· ἄγεν γνώμης γὰρ οὐ με χρὴ λέγειν (l. φέγειν), antequam rem clare perspexero, bene nō vero. Adiectivum δῆλος interdum communis est generis, velut Med. 1197. Olim vitii sedem quaerens in χωρὶς conieci μᾶρος, ut stultus, Nauckius μή με, λῷστ', ἔπαιτιῶ. Nam γνώμη ἀδύλω tueri videtur v. 658 σὺν ἀφανεῖ λόγῳ.

Oed. Reg. 715 καὶ τὸν μέν, ὅσπερ γ' ἡ Φάτις, ξένοι ποτὲ λησταὶ Φονεύουσ' ἐν τριπλαῖς ἀμαξῖτοῖς.

Quidquid de hoc loco, in quo mihi quidem non displiceret ξένοι τινές, statuendum est, omnino repudianda novissima Schmidtii conjectura ξενοκτόνοι, quod vocabulum non adhibetur de latronibus, qui viatoribus insidiantes curare non soleant civesne hi sint an peregrini, ut arbitror. Ξενοκτόνοι, ut hoc utar, erant et dicebantur Tauri (Iph. T. 53. 776), qui peregrinos ad se delatos mactabant, praeterea vero sic dicuntur qui hospites apud se degentes iugulant, ut in Hecuba Polymestor (Hec. 1247).

Oed. Reg. 719 ἔρριψεν ἀλλων χερσὶν ἀβατον εἰς δρός.

Non iniuria idem vir doctus ob causam metricam periculosam iudicat Nauckii conjecturam δμῶν, sed in ipsius correctione ὀταδῶν displicet vox specialis pedisequos s. satellites significans, ubi expectatur generalis δούλων, quae non minus facile in ἀλλων depravari potuit. Legerim igitur:

ἔρριψε δούλων χερσὶν ἀβατον εἰς δρός.

Oed. Reg. 740. Oed.

τὸν δὲ Λάιον φύσιν

*τίν' εἰχε φράξε, τίνα δ' ἀκμὴν ἦβης ἔχων.  
loc. μέγας, χνοάξων ἀρτι λευκανθὲς κάρα,  
μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.*

De corrupti loci sententia nulla potest esse dubitatio. Quae-  
rit Oedipus, qua fuerit Laius tum cum occisus sit corporis specie  
quaque aetate, et ad utramque quaestionem respondet ei uxor.

Syntacticum in primis versibus vitium viri docti curare  
conati sunt conjecturis *ἴτυχε*, *ἱρπε* vel *ἵλθε* pro *εἰχε*, quod  
me iudice sanissimum est, sed depravati tantum speciem  
habet ob vitium in sequentibus verbis *τίνα* — *ἔχων*, quae  
perabsurda mihi quaestio videtur, propterea quod *ἵβης ἀκμὴ*  
una est, neque igitur rogari potest quamnam aliquis habeat.  
Exigua vero, nisi fallor, mutatione versus ita restitui potest,  
ut tam syntaxis quam sententia constet. Nempe scribendum:

*τὸν δὲ Λαίου Φύσιν  
τίν' εἰχε φράξε· ἐτ' ἦν ἀκμὴν ἦβης ἔχων;*

Facillime autem ΦΡΑΖΕΤΗΝΑΚΜΗΝ abire potuit in  
ΦΡΑΖΕΤΙΝΑΔΑΚΜΗΝ, praesertim praegresso TINA. Ioca-  
stae autem responsum recte correxisse mihi videtur Meinekius  
scribendo:

*μέλαν χνοάξων ἀρτι λευκανθὲς κάρα· κτέ.*

Oed. Reg. 750 πότερον ἔχώρει βαῖος ἢ πολλοὺς ἔχων  
ἀνδρας λοχίτας, οἱ δὲ αὐγὴ ἀρχηγέτης;

Nauckius ἔχώρει μοῦνος et Schmidtius ἔχώρησ' oīos coni-  
cientes ut loci sententiae bene consuluerint multum vereor.  
Nam inepta foret me iudice haec Oedipi quaestio, an Laius,  
quem praesertim regem esse noverat, solus Delphos pro-  
fectus esset. Rogare tantum potuit paucine an multi eum  
comitati essent satellites. Nec vero ad πολλούς, sed ad βαῖος,  
respicit Iocastae responsio πέντ' ἥσαν οἱ ξύμπαντες, qui non  
hercle magnus est regi comitum numerus. Donec igitur me-

lius aliquid repertum fuerit, equidem tueor *βαῖος*, ut sit ex i-guo comitatu, quemadmodum solet explicari.

Oed. Reg. 765. Oed. πῶς δυ μόλοι δῆθ' ἥμιν ἐν τάχει πάλιν;  
Loc. πάρεστιν· ἀλλὰ πρὸς τὶ τοῦτ' ἐφίεσαι;  
Post votum (πῶς δυ), non iussum, fortasse aptius scribetur:  
ἀλλὰ πρὸς τὶ τοῦδ' ἐφίεσαι;  
cur hoc desideras? Quod enim volgatur, significat cur ita iubes?

Oed. Reg. 819 καὶ τάδ' οὕτις ἀλλος ἦν  
ἢ γὰρ πέμπω τάσδ' ἀρᾶς δι προστιθεῖσ.

Longe malim καὶ γάρ, minus propter τάδε, quod defendi potest (cf. Nauckius in novissima editione), quam quia vocula δυ sententia requiri videtur. Quapropter hoc reposui in Excerptis, pag. 69.

Oed. Reg. 951. Oed. τὶ μ' ἔξεπέμψω δεῦρο τῶνδε δωμάτων;  
Non male Heimsoethius deleto τῶνδε coniecit δεῦρο δωμάτων πάρος. Quid vero obstat quominus lenissime corrigamus:  
τὶ μ' ἔξεπέμψω δεῦρο τόνδε δωμάτων;  
me quem vides, ut est infra 968 ἔγω δ' δὲ et saepius alibi? Hoc olim proposui in edit. mea, pag. 152. Sed fortasse praestat τὶ δ' – τόνδε. Cf. Trach. 305 et 1013.

Oed. Reg. 917 ἀλλ' ἔστι τοῦ λέγοντος, εἰ Φόβους λέγοι.  
Iniuria me iudice hic versus sollicitatur a Nauckio et Meklero. Formulam τοῦ λέγοντος εἰναι prorsus confirmat Aristophanes Eq. 860 μὴ τοῦ λέγοντος ισθι..

Oed. Reg. 1036 ὅστις ἀνομάσθης ἐκ τύχης ταύτης δις εἰ.  
Inepte abundat δις εἰ, quod ipsum permire dicitur pro δις καλεῖ.  
Conieci ταύτης γε σύ. Ceterum fieri potest ut hic versus

cum praegresso sit spurius, quae Nauckii est sententia, quia his omissis intellegi potest v. 1037. Vide tamen, si tanti est, quae ad h. l. annotavi in editione mea pag. 158 sq.

Oed. Reg. 1156 τὸν παῖδ' ἐδωκας τῷδ' δν οὔτος ιστορεῖ;

Offensionem in hoc versu, quem alii aliter corrigit, facilime removeas mutando οὔτος, quod proclivi errore e verbis οὔτος ιστορεῖ v. 1150 repeti potuit, in αὐτὸς. Ceterum utrumque pronomen saepe a librariis confundi notum est.

Oed. Reg. 1214 ἐΦῆυρε σ' ἀκονθ' ὁ πάνθ' δρῶν χρόνος  
δικάζει τ' ἄγαμον γάμον πάλαι  
τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον.

Pro ἀκονθ' olim ἀγνῶθ' corrigendum esse monui, sed non saniora sunt verba δικάζει et πάλαι. Quod autem Gleditischius coniecit δοκάζων ἄγαμον κτέ, ut sit δοκεύων, neque apta videtur verbi notio nec probabilis forma, qua solus poeta Siculus Sophron usus esse traditur. Potius latere videtur πιΦαύσκει, quo epico verbo saepius usus est Aeschylus, et sub πάλαι interiectio παπαῖ, quae in dolore significando omnibus tragicis familiaris est. Tandem γάμος τεκνοῦ quidem fortasse dici potuit, sed nullo modo τεκνοῦσθαι, unde consenteaneum est utrumque participium pertinere ad Oedipum. Quare locum sic temptavi:

ἐΦῆυρε σ' (ἐΦηγέ σ' Gled.) ἀγνῶθ' ὁ πάνθ' δρῶν χρόνος,  
πιΦαύσκει τ' ἄγαμον γάμον, παπαῖ.  
τεκνοῦντα τὸν τεκνούμενον.

Ignotum te invenit quod omnia videt Tempus,  
ostenditque taetrum matrimonium, vae; gignen-  
tem genitum, i. e. in quo liberos procreat e matre filius.

Oed. Reg. 1290 ως ἐκ χθονὸς ρίψων ἔσυτόν, οὐδ' ἔτι  
μεγῶν δόμοις ἀραῖος, ως ἡράσατο.

Nauckius coniecit μενῶν δόμοισιν ἔνοχος οἵς ἥρασατο, peius vero Schmidtius μενῶν λέγοις ἀράτος οὓς ἥρασατο, nam δόμοις tangendum non est. Eur. Med. 608 σοὶς ἀραιά γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις et lph. T. 778 ἡ σοὶς ἀραιά δώματιν γενήσομαι. Hoc tamen recte Schmidtius observavit ἔνοχος alienum videri a tragico sermone et servandum esse ἀράτος. Mihi quidem prorsus sufficere videtur lenissima correctio:

μενῶν δόμοις ἀράτος, οἵς ἥρασατο.

quae minime obscura est oratio, quia stipes sit oportet qui οἵς ad δόμοις pertinere existimet.

Oed. Reg. 1403

ὦ γάμοι, γάμοι,  
ἔφύσαθ' ἡμᾶς καὶ Φιτεύσαντες πάλιν  
ἀνείτε τούμδιν σπέρμα, κάπεδειξατε  
πατέρας ἀδελφοὺς παιδας, αἰμ' ἐμφύλιον,  
νύμφας γυναικας μητέρας τε, χώπτσα  
αἰσχιστ' ἐν αὐθρώποισιν ἔργα γίγνεται.  
ἀλλ' οὐ γὰρ αἰδῶν ἐσθ' ἀ μηδὲ δρᾶν καλόν,  
ὅπως τάχιστα πρὸς Θεῶν ἔξω με γῆς  
ἐκρίψατ' ἡ Φονεύσατ' κτέ.

Nauckius de conjectura sua edidit μηδ' δρᾶν, ut sic pareatur transitus ad sequentia. Minus tamen recte, ex mea quidem sententia. Ita enim logica ratio requireret ἀλλ' οὐ γὰρ δρᾶν καλόν, ἀ μηδὲ αἰδῶν, nec si Oedipus conspicitur, conspiciuntur eius flagitia. Aut fallor, aut plene interpungendum est post καλόν, ut nota ellipsi dicatur: Sed (de his quidem satis) enim non decet loqui quae factu turpia sunt. Cum tamen volgata scriptura significet quae ne factu quidem pulchra sunt, quod sane absurdum, vide ne Sophocles dederit:

ἀλλ' οὐ γὰρ αἰδῶν ἐσθ' ἀ μηδὲ στις δρᾶν καλόν.

In asyndeto versus sequentis hic non magis haerendum quam v. 1413 et 1414. Imo affectui miseri regis prorsus congruum videtur.

OEDIP. COLON. 41 τίνων τὸ σεμνὸν δυομ' ἀν εὐξαίμην κλέων;

Naberus λέγων coniecit, ego in Excerptis pag. 76 lenius et aptius, ni fallor, reposui καλῶν, simul annotans me cogitasse de scribendo κλέων. In καλῶν nunc mecum conspirat Schmidtius pag. 187.

Oed. Col. 74. Oed. δσ' ἀν λέγωμεν πάνθ' δρῶντα λεξόμεν.

Hosp. οἰσθ', ὡς ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῆς; ἐπείπερ εἰ γενναῖος, ὡς ίδοντι, πλὴν τοῦ δαιμονος, αὐτοῦ μέν' οὖπερ καθάπανης.

Nimia ex mea quidem sententia hic moliuntur viri docti, Nauckius, mutato οἰσθ' in ἀλλ', delens verba ἐπείπερ — πλὴν, quae quis quaeſo fuerat additurus, Hensius transponens et mutans: ἵσχ' — δαιμονος || ἐπείπερ — ίδοντι <μοι>. Neutiquam enim video quid inepti habeat Meinekii interpretatio „Generosum te virum ostendis, sed laboras a fortuna, quae nequam quam se generosum in te praebuit.“ Quare videndum an non corrigere sufficiat solum v. 75 scribendo:

εἶ γ', ὡς ξέν'. ὡς δ' οὖν μὴ σφαλῆς, ἐπείπερ εἰ κτέ.

Ad εἶ γ', quod est laudantis, cf. Philoct. 327 εῦ γ', ὡς τέκνου.

Oed. Col. 135 δν ἔγῳ λεύσσων περὶ πᾶν οὖπω  
δύναμαι τέμενος  
γυῶναι ποῦ μοὶ ποτε ναίει.

Gratiор verborum ordo fuerit:

δν ἔγῳ λεύσσων τέμενος περὶ πᾶν  
οὖπω δύναμαι  
γυῶναι ποῦ μοὶ ποτε ναίει.

Oed. Col. 227 οὔδενι μοιρίδια τίσις ἔρχεται  
ῶν προπάθη τὸ τίνειν. ἀπάτα κτέ.

Verslagen p. 15 sq. demonstrare conabar scribendum esse:  
οὔδενα μοιρίδια τίσις ἔρχεται

*δυ προπάθη, ποτίγουτ' οτλ.*  
nec muto sententiam.

Oed. Col. 292 *ταρβεῖν μέν, ὡ γεραιέ, τάνθυμήματα πολλή στ' αὐλύκη τάπι σοῦ λέγοισι γὰρ οὐκ ἀνδρασται βραχέσι οτλ.*

Oedipi, quo respicitur a choro, oratio ita comparata est, ut fiduciam potius quam timorem excitare debuerit, qua-propter nescio an Sophocles (nam *τάρβος* et *ταρβεῖν* numquam ponuntur de reverentia) non *ταρβεῖν* scripserit sed *Ταρσεῖν*, quod verbum noto usu iungitur cum accusativo.

Oed. Col. 328 *οὐκ ἀνευ μόχθου γέ μοι.*

*Moi* abundat, cum vero prima manus in codice Mediceo habeat *μου*, aptiorem inde lectionem *του* eliciebam Verslagen en pag. 17.

Oed. Col. 330. Oed. ὡ *σπέρμα* δμαίμον.

Ism. ὡ *δυσάθλια τροφαί*.

Oed. ἢ *τῆσδε κάμοι;*

Ism. *δυσμόρου τ' ἔμοι τρίτης.*

Edi solet e Dindorfii coniectura ὡ δύ<sup>1</sup> αθλία τροφά, vereor ut recte. Si enim Ismene ita dixit, vix addere potuit interrogata a patre δυσμόρου τ' ἔμοι τρίτης, quia sic dicens non δύο sed τρεῖς αθλίας τροφάς numerat. Nihilominus δυσάθλιος suspecta vox est, quae labeni suscepisse videtur e sequenti δυσμόρου. Utrum substitendum sit πανάθλιοι (cf. v. 1110 et Phil. 1026) an τρισ αθλία (cf. v. 372) difficile dictu est. Oedipi quaestionem necessarium reddere additum δύο, quod contendebat Dindorfius, optimo iure iam negavit Meinekius, mihi additum δύο non tantum non necessarium, sed ne tolerabile quidem videtur.

Oed. Col. 361 ἐγώ τὰ μὲν παθήματ' ἀπαθού, πάτερ,  
 ζητοῦσα τὴν σῆν ποῦ κατοικοίης τροφήν,  
 παρεῖσ' ἔλσω.

Cur suspecta mihi sit scriptura v. 362 satis exposui Verslagen pag. 17 sq., ubi temptabam ζητοῦσα τὴν σῆν, ποῦ κυροῖς, ἐπιστροφήν sive ἀναστροφήν. Hodie tamen dubito an inepta scribendi ratio prodat manum interpolatoris, et lubens versum inutiliem expunxerim.

Oed. Col. 374 χῶ μὲν νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγώς  
 τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολονείκη Θρόνῳ  
 ἀποστερίσκει, καξελήλακεν πάτρας.

Suspecta non modo est mihi abundantia νεάζων καὶ — γεγώς, sed, quod gravius, notio νεάζων, i. e. νέος ὅν, non recte opponiter τῷ πρεσβυτέρῳ, sed τῷ γέροντι, cum tamen Polynicen et ipsum iuvenem fuisse sciamus. Collato loco 1295 sq. haud inepte fortasse suspiceris sub νεάζων, latere τεχνάζων.  
 Ita possit:

χῶ μὲν τεχνάζων, ὡς χρόνῳ μείων γεγώς,  
 vel minus grata caesura, cuius tamen permulta apud Sophoclem ceterosque tragicos reperiuntur exempla:

χῶ μὲν τεχνώμενος, χρόνῳ μείων γεγώς, κτέ.  
 qua verbi forma noster alibi uti solet. Cf. imprimis Phil. 80 et Antig. 494. Priorem tamen coniecturam ut leniorem praefero. Sententia: Alter ad malas artes, quippe natu minor (itaque regno exclusus), configiens cett.

Oed. Col. 392 ἐν σοὶ τὰ κείων Φασὶ γίγνεσθαι κράτη.

Magis perspicuum esse Φησί, scil. τὰ μαυτεύματα, observabam Verslagen, p. 17.

Oed. Col. 401. Oed. η δ' ὁφέλησις τις θύρασι κειμένου;

Inn. κείνοις δ τύμβος δυστυχῶν δ σὸς βαρύς.

Quae coniecta esse video aut iusto violentiora sunt ut Nauckii commentum *νεκρὸς ἐγκοτῶν* et Rauchensteinianum *τύμβος ἐκτὸς ὄν*, aut obscuriora ut Mekleri suspicio *κείνοισι πότμος δυστυχῶν*, aut non Graeca ut *δίχα τυχῶν*, ubi *τυγχάνων* requireretur. Evidem nihil ultra expeto quam:

*κείνοισι τύμβῳ δυστυχῶν ἔσει βαρύς.*

Postquam *τύμβῳ* proclivi errore in *τύμβος* abiit, corrector, ut aliqua saltem exiret sententia, *ἔσει* in δ σὸς mutasse videtur.

Qui extra patriae fines sepelitur e veterum opinione *τύμβῳ δυστυχεῖται*. Ad dativum cf. Aesch. Sept. 464. Eurip. Phoen. 406.

Oed. Col. 406 ή καὶ κατασκιώσι Θηβαΐᾳ κόνει;

Ambigo corrigamne καταστεγῶσι cum Gleditschio, an κατασκεπῶσι, quod etiam lenius. Cum σκεπάζειν formam antiquam esse constet, haud dubie casui tribuendum, quod κατασκεπάζειν hodie tantum occurrat apud sequiores.

Oed. Col. 443 αλλ' ἐπους σμικροῦ χάριν  
Φυγές σφιν ἔξω πτωχὸς ἥλωμην δεῖ.

Perperam Meinekius edidit ὠλόμην, pro quo saltem debuerat ὠλλύμην, nam prorsus necessarium est imperfectum. Sed sanum videtur ἥλώμην.

Oed. Col. 511. Chor. δμως δ' ὅρα με πυθέσθαι.

Oed. τί τοῦτο;

Chor. τὰς δειλαῖας ἀπόρου Φανείσας  
ἀλγηδόνος, φεύγεστας.

In hac librorum scriptura non tantum genitivus rei suspensus a πυθέσθαι propter interpositum Accusativum τί τοῦτο; mirabilis est, sed etiam offendit abundantia verborum ἀπόρου Φανείσας, imprimis participii. Clarior saltem et aptior foret huiuscemodi lectio:

τὰς δειλαῖας δπόθεν φάνησαν

*ἀλγηδόνας, αἰσ ξυνέστας.*

Lenius quidem pro ἀπόρου scribi posset ἀφ' ὅτου, nisi ea formula de tempore tantum adhiberi videretur.

Oed. Col. 588 κείνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με.

Nauckius recte vitii sedem quaesivisse videtur in κομίζειν, pro quo aptum foret quod coniecit κατελθεῖν. Sed sufficere videtur lenior correctio βαδίζειν. Praeterea cum aliis prae-tulerim ἀναγκάζουσί με.

Oed. Col. 636 ἀγώ σεβισθεὶς οὕποτ' ἐκβαλῶ χέριν

τὴν τοῦδε, χώρᾳ δὲ ἐμπαλιν κατοικῶ.

Volgo recepta est lenis Musgravii correctio ἐμπολιν, quod tamen et parum eleganter dictum est et dubio sermone, quoniam unico loco ubi ea vox occurrit O. C. 1156

Φασίν τιν' ἡμιν ἀνδρα, σοὶ μὲν ἐμπολιν  
οὐκ ὄντα, συγγενῆ δέ, κτέ.

depravata est et aut in σύμπολιν mutanda, aut cum Nauckio in διμόπτολιν (σοὶ γ' διμόπτολιν). Hodieque unice aptum existimo quod olim proposui:

χώρᾳ δὲ ἐμπεδον κατοικῶ.

i. e. βεβαίαν.

Oed. Col. 729 δρῶ τιν' ὑμᾶς διμάτων εἰλυφότα

φόβον νεώρη τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου,

Miror esse quibus placeat Tournieri coniecturam οὐ μάτην, nam omnis reliqua Creontis oratio eo tendit ut μάταιον eiusmodi timorem esse ostendat. Nondum quidquam probabilius coniectum video quam ἐμφανῶς, quod suadebam Verslagen pag. 21, ubi monui superscriptum glossema ἀπὸ τῶν διμάτων pertinens ad δρῶ volgatae lectioni ansam dare potuisse, licet non tanta sit mutatio, ut non simplici corrup-telae tribui queat.

Oed. Col. 791 ἀρ' οὐκ ἀμεινον ἢ σὺ τὰν Θήβαις Φρονῶ;  
 πολλῷ γ', δσωπερ καὶ σαφεστέρων κλίω,  
 Φοίβου τε καύτοῦ Ζῆνός, δς κείνου πατήρ.

Ultimus versus qualis traditur in codd. vel mediocri poeta indignus est nec Sophocli tribui potest, quare nihil miror esse quibus spurius videatur. Cum tamen eo deleto iusto obsecurior nascatur oratio, potius crediderim verba δς κείνου πατήρ foede corrupta esse vel potius, cum in antiquo codice superesset OCKEIN..., imperite expleta. Scribere potuit Sophocles:

Φοίβου τε καύτοῦ Ζῆνός, δς κείν<ψ θροτ>.

aut aliquid eiusmodi. Praeter locos laudatos a scholiasta cf. Aeschyli Eumen. 19

Διὸς προφύγης δ' ἐστι Λοξίας πατρός.

Oed. Col. 866 δς μ', ὡ κάκιστε, ψιλὸν δμμ' ἀποσπάσας  
 πρὸς δμμασιν τοῖς πρόσθεν ἔξοιχει βίᾳ.

Quod Verslagen, pag. 21 corrigebam ἐμψυχον, cll. O. C. 1486, Antig. 1167, Elect. 1221, nunc mea ignorans ut suum repetit Schmidtius, Krit. Stud. pag. 194 scribens „Mir scheint „ἐμψυχον δμμα ein dem Sophocles würdiger Ausdruck zu sein, „mit welchen der blinde Oedipus der Antigone als ein lebenskräftiges gesundes Auge im Gegensatz zu seinen früheren nun mehr gewissermasser Verstorbenen bezeichnen würde.“ Gaudeo viri acuti συνεμπτώσει.

Oed. Col. 966 ἐπεὶ καθ' αὐτὸν γ' οὐκ ἀγ ἔξεύροις ἐμοὶ<sup>1</sup>  
 ἀμαρτίας δνειδός οὐδέν, ἀνθ' ὅτου  
 ταδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμούς θ' ἡμάρτανον.  
 ἐπεὶ δίδαξον, εἴ τι θέσφατον πατρὶ<sup>2</sup>  
 χρησμοῖσιν ἴκνειθ' ὅστε πρὸς παιδῶν θανεῖν.  
 πῶς ἀγ δικαίως τοῦτ' δνειδίζοις ἐμοὶ; κτέ.

Nunc quoque ut olim (Verslagen l.l.) necessarium iudico

*τικεθ'* pro *τικειθ'*, sed verior ne gravius peccatum sit in praegresso v. 967, quem satis expeditum non esse demonstrat ipsa, quam secuntur interpretes, Wunderi interpretatio haece: „Nam quod me ipsum tangat nullum in me proferre „crimen poteris propterea quod ego haec (i. e. propter ea quae) in me meosque peccavi.” Mira sane poetae infantia! At si diligentius verba Graeca sic vertimus, „Nam „quod me quidem ipsum tangat, nullum invenias mihi peccati opprobrium, propter quod haec in me meosque peccabam”, intellegimus non illud voluisse poetam sed hoc, „Nam „quod ad me quidem ipsum attinet, nihil in meis moribus „turpe et probosum invenire poteris, quod ad ista sclera „patranda me commoverit.” Sic enim tantummodo *διθ'* θτου recte explicari potest. Iam vero apparet, nisi fallor, *ἀμαρτίας* depravatum esse, sed eius vocabuli correctio prorsus incerta est. Intellegerem *αἰσχρὸν τρόπων* δυειδος vel *ἀκαθαρσίας* δυειδος vel *στόμαργος* δην δυειδος. Quaerant alii. Mihi satis esto loci vitium indicasse. Cf. supra 270 sqq.

Oed. Col. 885 *μόλετε σὺν τάχει, μόλετ'*, ἐπεὶ πέραν περῶσ' οἴδε δῆ.

Huius loci est *πέρα*, ultra (fas sc.), non *πέραν*, quod semper et ubique *trans* significat.

Oed. Col. 1164 *σοὶ Φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μολόντι*  
*αἰτεῖν ἀπελθεῖν δοσφαλῶς τῆς δεῦρ' δδοῦ.*

Sic libri, sed volgo editur *ἀπελθεῖν* τ' ex Heathii coniectura, quae aperte non sufficit, quare Nauckius coniecit *ἐλθεῖν* θέλοντ' fortasse recte, licet elisum participium suspicione non careat, nam in solis particulis δέ et τε Sophoclem eam elisionem in fine senarii admisisse suspicor.<sup>1)</sup> Conicere hic possis:

<sup>1)</sup> O. B. 882 fortasse *ταῦτ'* est glossatoris, et vera lectio:  
*τί με || ἀλλως ἐλέγχεις;*

*σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους αἰτεῖν μολεῖν  
<αὖθις τ'> ἀπελθεῖν ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' οὖδον.*

Oed. Col. 1230 ὡς εὗτ' ἀγ τὸ νέον παρῷ κούφας ἀφροσύνας Φέρον,  
τίς πλαγὰ πολύμοχθος ἔξω; τίς οὐ καμάτων ἔνι;

Malim Φορόν, ferax, ut κούφας ἀφροσύνας sit genetivus singularis, qui numerus aptior videtur. Hoc proposui in Excerptis, pag. 81,

Oed. Col. 1257 ἐσθῆτι σὺν τοιῷδε, τῆς δὲ δυσφιλῆς  
γέρων γέρουτι συγκατώκηκεν πίνος  
πλευρὰν μαραίνων.

Proprium est sordibus ut corpus inquinent, non faciant ut marcescat, quocirca reponendum arbitror μιαίνων.

Oed. Col. 1301 ἐπεὶ γὰρ ὥλθον Ἀργος εἰς τὸ Δωρικόν,  
λαβὼν Ἀδραστον πενθερὸν ξυνωμότας  
ἴστησ' ἐμαυτῷ γῆς δσοιπερ Ἀπίας  
πρώτοι κέκληνται.

Inepte his verbis ratio redditur eorum quae praecedunt, ubi Oedipi Furiis a Polynice certaminis de regno cum fratre suique exilii causa tribuitur. Procul dubio corrigendum:  
ἐπεὶ δὲ τὸν ὥλθον κτέ.

Oed. Col. 1320 ἔκτος δὲ Παρθενοπαῖος Ἀρκᾶς δρυνται  
πιστὸς Ἀταλάντης γένος.

Omnes socii Polynicis infra 1395 audiunt πιστὸι σύμμαχοι, sed cur prae ceteris πιστὸς hic dicatur Parthenopaeus, frustra quaero. Potius hic expectaveram commune viris feminisque principibus apud tragicos epitheton κλεινός. Laetus nunc video haesisse Nauckium quoque, qui scribendum putet κεδνός.

Oed. Col. 1340 δν, εἰ σὺ τὴμη ξυμπαραστήσει Φρενί,

*βραχεῖ σὺν δγκῳ καὶ χρόνῳ διασκεδῶ.*

Pro *Φρενὶ* procul dubio sententia postulat *χερὶ*, quod iam Blaydesium video coniecissem. In versu sequenti non praetulerim cum Nauckio apographi Parisiensis scripturam πόνῳ, sed potius haereo in δγκῷ, quae vox molem sive pondus significans non solet usurpari de molestia, difficultate, negotio, labore, aerumna, qualis notio hic expectatur. Conieci:

*βραχεῖ τε μόχθῳ καὶ χρόνῳ διασκεδῶ.*

Ad utriusque notionis coniunctionem cf. exempla collecta a Schmidtio pag. 265. Ob positionem debilem minus arridet σὺν δτλῷ, quo vocabulo usi sunt Aeschylus Sept. 18 et fortasse Sophocles Trach. 17.

Oed. Col. 1418. Polyn.      πῶς γὰρ αὖθις ἀν πάλιν  
στράτευμ' ἀγοιμι ταύτην, εἰσάπαξ τρέσας;

Leniter quidem sed parum apte correctum est τακτὸν, inutile orationis pondus, nec vox Sophoclea. Cum sententia haec sit: quo pacto iterum exercitum colligam? teneo quod olim proposui: στράτευμ' ἀγοιμ' ἐς ταύτην, i. e. ἀθροίζοιμι. Sic πάντα εἰς ταύτην συνάγειν dixit Plato Soph. p. 251 D, et saepe dicitur εἰς ταύτην ἐλθεῖν, congregari, ἐν ταύτῃ εἶναι, similia.

Oed. Col. 1452 δρῆ δρῆ ταῦτ' οὐδεὶς χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἔτερα,  
τὰ δὲ παρ' ἡμαρτ αὖθις αὔξων ἀνω.

Respondere his debent in antistropha v. 1469 sq.

τι μάν ἀφύσει τέλος; δεδια δ' οὐ γὰρ ἀλιον  
ἀφορμῆ ποτ', οὐκ ἀγεν ξυμφορᾶς.

Deleto in stropha priore δρῆ et rescripto in antistropha τι φήσω (malim φαινει) τέλος; Nauckius numeros satis probabiliter restituit, sed reliqua strophae quae adscripti verba funditus depravata sunt, nec quae propositae sunt coniectu-

rae mihi quidem satisfaciunt, nisi quod certa videtur Dindorfii correctio πάντ' pro ταῦτ'. Si quid in tenebris adeo spissis perspici potest, agitur de sortis humanae vicissitudine, qua alia deprimantur et occidunt, alia tollantur et crescent. Quocirca locum conclamatum sic templo, ut coniciam:

δρῶν πάντ' δει χρόνος ἐκλινεν ἔτερα,  
τὰ δ' ἐξῆρεν αὐθὶς αὖξων ἄνω.

Cf. Oed. Reg. 1213 ο πάνθ' δρῶν χρόνος et Aiac. 131 ὡς ἥμέρα κλίνει τε κανάγει πάλιν ἀπαντα τάνθρωπεια, et 647 sq.

Oed. Col. 1466

Ἐπηγένθεντο οὐρανία γάρ στρατῆ Φλέγει πάλιν.

Prorsus incredibilis est quam Dindorfius numerorum causa textui intulit formam ὄρανια. Evidem corrigam οὐλία, proclivi errore confusum cum οὐνία, i. e. οὐρανία. Cf. Aiac. 933.

Oed. Col. 1534 χούτως ἀδήσον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν  
σταρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν.

Quia ἀδήσος significat οὐ δεδημένος, necessario corrigendum σταρτῶν ὑπ' ἀνδρῶν. Plerumque adiectiva similiter composita iunguntur cum nudo genitivo, velut Antig. 848 φίλων ἀκλαυτος, quae structura hic metro excludebatur.

Oed. Col. 1653 ἐπειτα μέντοι βαιδὺ οὔδὲ σὸν χρόνῳ  
ὅρμεν αὐτὸν γῆν τε προσκυνοῦνθ' ἀμα κτέ.

Valde suspectum habeo βαιδὺ dictum pro μετὰ μικρόν, nec ἐπειτα βαιδὺ dici potuisse videtur pro οὐ πολὺ ὑστερον, ut putant. Legendum suspicor:

Ἐπειτα δὲ μετὰ βαιδὺ κτέ.

Oed. Col. 1673 ὅτινε τὸν πολὺν  
ἄλλοτε μὲν πόνον ἔμπεδον εἶχομεν,  
ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παροίσομεν  
ἰδόντε καὶ παθόντε.

Arndtius coniecit ἀλόγιστ' ἀπελαύσαμεν. Aut hoc verum videtur aut ἀλόγιστ' ἔκυρή σαμεν, sive ἀλόγιστα κυρήσαμεν, quod nunc occupatum video a Gleditschio.

ANTIGON. 168 καπεὶ διώλετ' ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι παιδας μένοντας ἐμπέδους Φρονήμασιν.

Quia planissime constat poetam pro κείνων dedisse κείνου, scil. Oedipodis, consentaneum est ut vocula sequens ἔτι non sit genuina. Quod autem auctore Brunckio pro eo substitutum est τότε prorsus otiose additur. Aliquanto probabilius scribemus, ut arbitror,

ἀμφὶ τοὺς κείνου <διπλοῦς>

παιδας κτέ.

Cf. Elect. 539 ἐκείνῳ παιδες οὐκ ἥσαν διπλοῖ;

Antig. 187 οὗτ' αὐ φίλον ποτ' ἀνδρα δυσμενῇ πόλεως

Θείμην ἐμαυτῷ, τοῦτο γιγνώσκων ὅτι

Ἄδ' ἔστιν ἡ σώζουσα, καὶ ταύτης ἔπι

πλέοντες δρθῆσ ΤΟΤΣ Φίλους ποιούμεθα.

Omnis huius loci difficultas evanescit, si pro τοὺς reponimus Θεοὺς. „Neque enim umquam, Creon inquit, hominem „republicae infestum amicum mihi reddam, probe tenens ab „illa pendere nostram salutem nosque illam navis instar recte „gubernantes deos nobis conciliare amicos.” Creonem ad deorum, εὐνομίας praesidum, amicitiam provocare huius moribus egregie convenire mihi videtur, nec video quid huic meae conjectuae, verbo olim significatae, merito obverti possit. Quod nuperrime coniecit Meklerus πλοῦς καλοὺς ποιούμεθα, immanis ea foret tautologia, quam poeta elegantissimus non facile admissurus fuisse, id quod virum eximum praeteriisse miror. Nihil vero opus erat ut poeta imaginem adeo tritam, ut in vitae communis usum transierit, qua civitas navi comparatur, continuaret.

Antig. 211. Vide infra ad v. 1098.

Antig. 260

*καὶ εὐγένετο*

*πληγὴ τελευτῶσ', οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν.*

Admodum suspectum est *πληγὴ* sine exemplo adhibitum pro *πληγαι*, qui numerus de pugnantibus utique necessarius videtur. Vide ne ea vox e glossemate fluxerit scripto supra substantivum *μέχη*, quod poetam posuisse suspicor. Nisi forte praefers *πληγματα τελευτῶντα*, quae est vox Sophoclea. Cf. v. 250. 1283 et Trach. 522.

Antig. 282 λέγεις γὰρ οὐκ ἀνεκτά, δαιμονας λεγων  
*πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ γενεροῦ πέρι.*  
*πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην*  
*ἔκρυπτου αὐτόν, δοτις ἀμφικινας*  
*ναοὺς πυρώσων ἥλθε καναθήματα*  
*καὶ γῆν ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν;*  
*ἢ τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰσօρες Θεούς.*

Fieri potest ut Nauckius merito ultimum versum ut spuriū notaverit, sed minime probaverim reliquam viri ingeniōsi de hoc loco crisin, qui praeterea rescripto ὑπερτιμῶντας et Sophocli abiudicatis verbis ἔκρυπτου αὐτὸν locum sic temptat:

*πότερον ὑπερτιμῶντας ὡς εὐεργέτην,*  
*ναοὺς ἐκείνων δοτις ἀμφικινονας*  
*καὶ γῆν πυρώσων ἥλθε καναθήματα;*

e qua conjectura pessime, me iudice, quae volgo apte coniuncta sunt ναοὺς — καναθήματα distrahuntur interiectis verbis καὶ — πυρώσων. Argumentum autem, quo utitur ad damnanda verba ἔκρυπτου αὐτόν, quod scilicet Sophocles nudo verbo κρύπτειν uti non potuerit pro eo quod est θάπτειν, nullius mihi videtur momenti, quia, si recte locum intellego, poeta eo verbo usus est eadem notione quam semper habet, τοῦ ἀφανίζειν. Respiciuntur enim nuntii verba v. 254 δ μὲν γὰρ ἡ φάνιστο, τυμβύρης μὲν οὖ, κτλ., quae res choro v. 278

Τεύλατος videtur. — In v. 287 valde mihi abblanditur Todtii coniectura κενώσων, i. e. ἐργμάσων, pro ἔκεινων, et si νόμους διασκεδῶν non satis defenditur loco O. C. 620, qua de re fortasse recte dubitat Nauckius, in promptu est conicere quod olim proposui δόμους. Cf. Av. 1053 τῷ κάδῳ διασκεδῶ. — V. 296 felicissima est et nescio an recipienda sit Nauckii coniectura κακῶν ἐναυσμῷ pro κακὸν νόμισμῳ.

Antig. 386 δὲ ἐκ δόμων ἀψόρρος εἰς δέον περᾶ.

Cum in codice Mediceo non sic legatur, sed εἰς μέσον, Nauckius rescripsit εἰς καιρόν. Eodem sensu possis εἰς καλόν. Cf. O. R. 78 sq.

Antig. 374 μήτ' ἔμοι παρέστιος  
γένοιτο μήτ' ἵσον Φρονῶν δε τὰδ' ἔρδει.

Sub ἵσον Φρονῶν aliud latere crediderim. Sententiae aptum foret κοινόπλοιος vel συνθέτης, vel ἵση περῶν, i. e. συνδοίπορος, sed frustra quaero quod traditae lectioni sit similimum. Quaerat alius!

Antig. 485 εἰ ταῦτ' ἀνατεῖ τῷδε κείσεται κράτη.

Vereor ne Nauckius iniuria suspicetur ἔσεται. Multum enim dubito num recte dicas ἔαν τι ἀνατεῖ, quia id verbum cum adiectivis iungi solet, non cum adverbiosis. Nec haereo in κείσεται. Ut enim τιθεσθαι est sibi ponere, constituere, ita Futurum exactum formae passivae κείσεται, constituta erunt, huic loco videtur accommodatissimum.

Antig. 504 τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἀνδάνειν  
λέγοιτ' αὐτούς, εἰ μὴ γλώσσαν ἐγκλήσοι Φόβος.

Simplicissima haec verba corrigendi ratio videtur, si scribimus:

τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἀνδάνειν  
γυνίγις αὐτούς, κτλ.

Antig. 700 τοιᾶδ' ἔρεμνὴ σῆγ' ἐπέρχεται Φάτις.

Legendum videri ὑπέρχεται dixi in Excerptis pag. 94, itaque ante Schmidtium.

Antig. 743. Haemon. οὐ γὰρ δίκαια σ' ἔξαμαρτάνονθ' δρῶ.

Creon. ἀμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;

Quia nemo nisi δξυμώρως dici potest δίκαια ἀμαρτάνειν, sane prima specie mirum videtur Sophoclem ita scripsisse, cum exigua mutatione reponi possit

οὐ γὰρ τι βαίκα σ' ἔξαμαρτάνονθ' δρῶ.

i. e. non enim, opinor, leve est quod peccare te video. Cf. Dindorf. Lex. Soph. p. 363 A.

Cave tamen quidquam mutes. Nam insolentius poetam scribere coegit quod per totum paene dialogum apparer artificium, ut identidem ad vocem ab altero interlocutore usurpatam alter orationem suam conformet. Hic autem Sophocles δίκαια posuit ob δίκυς in versu praegresso, ἔξαμαρτάνοντα vero ob ἀμαρτάνω in sequenti.

Antig. 857 ἐψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,  
 πατρὸς τριπόλιστον οἴτον  
 τοῦ τε πρόπαυτος  
 ἀμετέρου πότμου  
 κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.

Horum versuum difficultates clare, ut solet, exposuit in novissima editione Nauckius. Admissa Blaydesii coniectura ἐμνασας (cf. Philoct. 1170 et Eur. Alc. 878) temptare lubet:

ἐμνασας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,  
 πατρὸς τριπόλιστον (?) οἴτον  
 τόν τε πρόπαυτος  
 ἀμετέρου δόμου  
 κοινὸν Λαβδακίδαισιν.

Τριπόλιστον sive τριπόλητον, ut corrigit Dindorfius, quod

scholiasta explicat πολλάκις μναπεπολυμένου, itaque πολυθρύλητον, sanum esse neque aio nec nego. Si depravatum est, haud inepte fortasse conicias τριπάλαιστον, quo respiciatur ad chori verba (856) πατρῶον δέ ἔκτινεις τιν' ἀθλον. De sequentibus verbis fortasse non plane inutile est monere (sillere enim videntur commentatores) Antigonam existimare esse necessitudinem quandam inter incestas parentum nuptias et suam fratrisque circa matrimonium infelicitatem.

Antig. 966 παρὰ δὲ κυανέων σπιλάδων διδύμας ἀλός  
ἀκταὶ Βοσπόριαι ἡδ' οἱ Θρυκῶν  
Σαλμιδησός, ἵν' ἀγχίπτολις Ἀργεῖον.

Schneidewinus numeros corrigere conatus est scribendo διδύμας πέτρας, sed non placet σπιλάδων — πέτρας, et in librorum scriptura κυανέων πελάγεων (σπιλάδων Wieseleri est correctio) πετρῶν διδύμας ἀλός non dubitandum quin πετρῶν sit glossema vocabuli praecedentis. Mihi non displiceat:

παρὰ δὲ κυανέων σπιλάδων διδύμαδυνων  
ἀκταὶ Βοσπορία στι καὶ οἱ Θρυκῶν  
Σαλμιδησός, ἵν' ατλ.

Antig. 1034 κούδε μαντικῆς  
ἀπρακτος ὑμῖν εἰμι.

Quod coniecit Stephanus ἀπρακτος cum manifesto non sufficiat, Pallis ἀπρωτος, ὅγεινος autem Nauckius proposuerunt. Cogitari etiam potest de scribendo ἀτάρακτος, sive ἀθρακτος. O. R. 484 δεινά με νοῦν δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας.

Antig. 1096 τό τ' εἰκαθεῖν γάρ δεινόν, ἀντιστάντα δὲ  
ἀγη πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

Vetus emendatio δεινῶν πέρα pro δεινῷ πάρα satis certa videtur, reliqua correctio incerta. Temptavit ingeniose, ut semper, Nauckius:

*ἄτῃ παλαισται δεινὰ καὶ δεινῶν πέρα.*

Sed *πατάξαι* fieri potest ut sanum sit et videndum annon sufficiat scribere:

*ἄτῃ πατάξαι τοὺς ἐμοὺς δεινῶν πέρα.*

Sed obnitendo meos pessum dare longe peius est.  
Agi enim de suorum pernicie satis Creon intellegebat e Tiresiae verbis 1066 sq.

*ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἔνα*

*νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὴν ἀντιδοὺς ἔσει.*

et ex iis quae idem dixerat v. 1078 sq.

*Φανεῖ γὰρ οὐ μακροῦ χρόνου τριβὴ*

*ἀνδρῶν γυναικῶν σοὶς δόμοις κωκύματα.*

Qui quatuor subsecuntur vss. 1080—1083, si genuini sint, transponendos esse ad priorem Tiresiae orationem post v. 1022 monui Verslagen, pag. 9.

Antig. 1098 εὐθουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως Κρέον.

Iniuria me iudice pro λακεῖν, quod errore repetitum e fine v. 1095, ex apographo recepta est lectio Κρέον, manifestum glossema, quia Graeci πατρόθεν aliquem alloquentes ipsius nomen sine causa addere non consueverunt, et optimo iure, sicubi, ut hoc utar, apud Platonem legitur ὁ παῖ Σωφρονίσκου Σώκρατες vel ὁ παῖ Κλεινίου Ἀλκιβιάδη, interpretibus meliores critici reddere solent Σώκρατες et Ἀλκιβιάδη. Deficientem pedem certa emendatione nemo restituet, sed apte conici potest:

*εὐθουλίας δεῖ <ν τοῖσδε>, παῖ Μενοικέως.*

Possis etiam inserere ταῦτα, vel in fine senarii τάδε.

At dixerit quispiam, in ipsa Antigona supra v. 211 totidem verbis scriptum exstat

*σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως Κρέον,*

*τὸν τῷδε δύσγουν καὶ τὸν εὔμενή πόλει.*

Respondeo ipsum versum sequentem argumento esse ibi

quoque Κρέον esse scioli emblema et poetam, quod olim intellexit Schneidewinus, scripsisse:

*σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως, <ποεῖν>  
τὸν τῆδε δύσονου καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει.*

quae correctio mihi quidem probatur prae reliquis omnibus, quas propositas esse video.

Plurima huius quem dixi usus exempla suppeditabit Dindorfii lexicon Sophocleum sub vocibus *παις* (p. 379<sub>A</sub>) et *τέκνον* (p. 469<sub>B</sub> sq.).

Alia ratio est eorum locorum ubi spectatorum gratia nomen additum est, velut in Philoctetae initio, ubi est Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, quod nomen in sequentibus vss. 50, 542, 1237 omissum videbis. Suspitione vacant loci ubi nomen praecedit: Aiac. 331 Τέκμησσα — παῖ Τελεύταντος et Trach. 665. Cf. Aiac. 91. Acrius instantis denique est Phil. 1261 σὺ δ' ὁ Ποίαντος παῖ, Φιλοκτήτην λέγω, | ἔξελθ.

Antig. 1165.

*τὰς γὰρ ἡδονὰς  
ἢταν προδῶσιν ἀνδρες, οὐ τιθῆμ' ἐγώ  
ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἐμψυχον ἥγοῦμαι νεκρόν.*

Vere Meinekius οὐ τι Φῆμ' correxisse videtur, sed etiam reliqua scriptura merito displicuit quibusdam, cum praesertim codex Laurentianus exhibeat ἀνδρός. Parum tamen arridet Mekleri suspicio προδῶσιν σῶμα ἀνδρός, nisi quod προδῶ requiram et ego, sed ita si scribere liceat:

*τὰς γὰρ ἡδονὰς  
ἢταν <βίου> προδῶ τις, οὐ τι Φῆμ' ἐγώ  
ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἐμψυχον ἥγοῦμαι νεκρόν.*

In huiusmodi saltem versibus Sophocleam elegantiam agnosco.

Ant. 1178. Chor. ὁ μάντι, τοῦπος ως ἀρ' ὅρθὸν ἢγυστας.

Non potuit ipse Tiresias quae praedixerat ἀνύτειν, i. e. ad effectum perducere, nam hoc dei est. Expectamus sen-

tentiam τοῦπος ὡς ἀρ' ὁρθὸν ἔλεξας, itaque conicio, sed post Tournierum, ut plagulam corrigens animadverto, poetam scripsisse:

ὡ μάντι, τοῦπος ὡς ἀρ' ὁρθὸν ἔνεσας  
locutum, ut saepius fecit Aeschylus. Nec longe abludit quod ipse scripsit Philoct. 1366

ὡ δεινὸν αἰγον αἴγεσας.<sup>1)</sup>

Antig. 1214 παιδός με σαίνει φθόγγος.

Semper suspectam habui h. l. σαίνει, et laetus video Schmid-tium proponere μ' ικάνει. Ipse et de hoc verbo cogitaveram et de corrigendo με βαίνει. Eur. Hipp. 1371 καὶ νῦν μ' θδύη βαίνει. Supra v. 1209 de voce est περιβαίνει et v. 1187 καὶ με φθογγός — βάλλει δι' ὄτων.

Antig. 1224 εὐνῆς ἀπομώζοντα τῇς κάτω φθοράν.

καὶ πατρὸς ἔργα καὶ τὸ δύστηγον λέχος.

Versum priorem depravatum esse vidit Gleditschius, qui coniecit τῇς αὔτοῦ φθοράν. In hac tamen verborum compositione εὐνῆς — φθοράν, quia φθορά usurpari solebat de vitio illato mulieri, melius, ni fallor, poeta a vocis simplicis usu abstinuisse. Quare fortasse praestat corrigere:

εὐνῆς ἀπομώζοντα τῇν καταφθοράν.

Vocabulo usi sunt Aeschylns et Euripides, et verbo καταφθείρειν Sophocles quoque O. R. 381. Quod autem iam in Exercit. Criticis pag. 121 pro λέχος proposui λάχος, postea ut suum repetivit G. H. Mueller Em. Soph. p. 60.

Antig. 1246

ἔλπίσιν δὲ βέσκομαι

ἄχη τέκνου κλύουσαν ἐς πόλιν γέους  
οὐκ ἀξιώσειν, κτέ.

<sup>1)</sup> Vide an similiter corrigendus sit locus O. C. 453 sq.  
μαντεῖ ἀκούων — || παλαιφαθ' ἀμοὶ Φοίβος ἔνυσεν ποτε,  
ubi Nauckius proposuit ἔχρησεν.

Ambigi potest sitne corrigendum cum Blaydesio ἐξανήσειγ, an ἐξανσειγ, quod conici potest collato Trachin. 565. Illa tamen correctio, quamvis paullo minus lenis, fieri potest ut praferenda sit.

Antig. 1251. Chor. ἔμοι δ' οὖν ή τ' ἄγαν σιγῇ βαρὺ<sup>δοκεῖ προσείγαι χῇ μάτην πολλῇ βοῇ.</sup>  
Malim aut βάρος aut προσούσα.

Antig. 1258                          μή τι καὶ κατὰ σκότου  
κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένη.

Pro θυμουμένῃ, quod sententia repudiat, Pallis coniecit πονουμένῃ, sed verbo πονεῖσθαι pro πονεῖν (si Perf. pass. part. Trach. 985 in carmine melico exceperis) tragici non utuntur. Mihi in mentem venit θολουμένῃ, i. e. ταραττομένῃ, cl. Euripid. Alc. 1066 θολοῖ δὲ καρδίαν (scil. τὴν ἐμήν).

Antig. 1339 ἀγοιτ' ἀν μάταιον ἀνδρ' ἐκποδῶν,  
δε, ὡ πατ, σέ τ' οὐχ ἐκών εἴκτανον,  
σέ τ' αὖ τάνδ', ὥμοι μέλεος, οὔδ' ἔχω  
δπα πρὸς πότερον ἵδω, πα κλιθῶ· πάντα γὰρ  
λέχρια τάδ' ἐν χεροῖν, τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι  
πότμος δυσκόμιστος εἰσῆλατο.

Ambigit Nauckius utrum πα κλιθῶ (certa est Musgravii correctio pro πα καὶ θῶ) an πάντα γὰρ postulante metro recidendum sit. Evidet πάντα γὰρ longe potius quam πα κλιθῶ; quod nemo de suo additurus erat, interpolatoris esse crediderim. Sed fortasse rectius Kayserum secutus Meklerus delevit ἵδω, πα, nec displicet Gleditschii conjectura πρόστροπος, ut fuerit οὐδ' ἔχω || δπα πρόστροπος κλιθῶ· πάντα γὰρ. In sequentibus autem aperte non sufficit metrica correctio λέχρια τὰν χεροῖν, quia λέχρια, quod nemo intellegit, procul dubio mendosum est, nec apte haec verba cum sequentibus copulantur. Conieci:

*σχέτλια τὰν χεροῖν, δτ' ἐπὶ κρατὶ μοι  
πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.*

Misera sunt praesentia, quandoquidem cett. Ad  
δτε causale cf. supra v. 170 quaeque plurima exempla Din-  
dorfius afferit in Lexico Sophocleo s. v.

Hanc plagulam corrigens video in Antigona superesse quae  
suis locis annotare neglexerim.

Antig. 1088 Tiresias e colloquio cum Creonte discedens ait:

*ώ παι, σὺ δ' ἡμᾶς ἀπαγε πρὸς δόμους, ίνα  
τὸν Θυμὸν οῦτος ἐς γεωτέρους αφῆ,  
καὶ γγῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ὑσυχαιτέραν  
τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν Φρενῶν ηγενόνταν Φέρει.*

Irae indulgere et simul linguam mentemque moderatam  
gerere nemo potest, itaque sine controversia corrigendum  
est ηγγῷ τρέφειν κτέ. In sequenti versu teneo quod olim  
conieci τρέφει pro Φέρει, sed praeterea lubens legerim, col-  
lato Aristoph. Lys. 432:

*τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τὰς Φρένας θάνατον τρέφει.*

Antig. 1221 τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν,

*βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην,  
τὸν δὲ μαφὶ μέσογῇ περιπετῇ προσκείμενον, κτέ.*

Haec verba vix satis expedita videntur. Nam si intranti-  
bus Creontis comitibus antrum, Antigona adhuc pendebat,  
non intellegitur quo pacto medium amplexus Haemon ei po-  
tuerit προσκείσθαι, nec magis perspicua sunt verba (1238 sqq.)

*καὶ Φυσιῶν δέξεται ἐκβάλλει ρόην  
λευκῇ παρειῇ φοινίου σταλάγματος.  
κείται δὲ γεκρὸς περὶ γεκρῷ, κτέ.*

Apparet igitur, Haemonem sponsae cadaver laqueo sol-  
visse, sed ea res poetae fuerat significanda. Quod qua ratione  
fecerit fortasse alius reperiet. Nam sive refingimus:

*τὸν δ' αὖ λυθεῖσῃ περιπετῆ τροσκείμενον, κτέ.  
sive lenius sic:*

*τὸν δ' ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προκειμένῳ, κτέ.  
coll. supra 1101 et Aiac. 1059, non tollitur difficultas.*

Antig. 1235

*ἐπενταθεὶς*

*ἥρεισε πλευραῖς μέσσον εὔχος, κτέ.*

Pro μέσσον merito suspecto Nauckius coniecit πυκτόν, quod tamen dubito num satis tueatur locus Aiac. 907, ubi additur ἐν χαροι. Ipse in Excerptis dedi θυκτὸν, tragicis familiare gladii epitheton. Qnod Pallis coniecit δισσὸν pro διστομον dictum exemplo caret, nec probabile est propter 1233.

Verbo hic repeatam propositas mihi Verslagen l.l. conjecturas in Oed. Reg. et Antigona.

Oed. Reg. 409 κλύοντα λέξαι pro ἵστ' ἀντιλέξαι. — Ant. 782 γέων δε ἐν στήθεσι πίπτεις pro Ἐρως δε ἐν κτύμασι πίπτεις. — V. 647 deleto glossemate ὦφ' ἡδονῆς, supplebam τὰς <παρούσας σοι> Φρένας, cl. Trach. 736 sq. et Ar. Eq. 1119 sq. — V. 802 μαλερῶν pro τάδ' δρῶν, quod tamen vide quo pacto tueatur Nauckius in editione novissima. V. 906 ἐσήπετο pro ἐτήκετο. De aliis iam monui.

Aiac. 196

*εχθρῶν δ' ὅβρις*

*ἀτάρβητος δρμᾶτ'*  
*ἐν εὐαγέμοις βάσταις, κτέ.*

Edi solet e Triclinii conjectura δρμᾶται. Sed deest sententiae necessarium vocabulum, scribendumque videtur:

*ἀτάρβητος δρμᾶς πῦρ*

i. e. ὡς πῦρ. Cf. Hom. Μ 396. Scholiasta scribens λείπει ὡς πῦρ iam ante oculos habuit quod hodie scribitur. De usu intransitivo verbi δρμᾶν satis constat, πῦρ autem in hac comparatione omitti potuisse haud facile adducar ut credam.

Aiac. 249 Η Θεόν εἰρεσίας ξυγόν εξόμενον  
ποντοπόρω ναὶ μεθεῖναι.

Fortasse sub verbo suspecto latet συθῆναι. Cf. Aesch.  
Prom. 135 σύθην δ' απέδιλος δχω πτερωτῶ.

Aiac. 345 τάχ' ἀν τις αἰδῶ καὶ π' ἐμοὶ βλέψας λέβοι.

Expectabam καὶ π' ἐμὲ vel potius καὶ σὲ ἐμὲ, quod iam Blaydesio placuisse video.

Aiac. 378 οὐ γὰρ γένοιτ' ἀν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὃδ' ἔχειν.

Prorsus facio cum Blaydesio hanc structuram ferri posse neganti, nec tamen cum eo vitiosum puto ὅπως, quia ea coniunctio constanter appetit in similibus formulis οὐκ ἔστιν ὅπως et οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ, sed mendosus videtur. Infinitivus, pro quo nescio an substituendus sit Optativus ἔχοι.

Aiac. 449 οὐκ ἀν ποτε

δίκην καὶ ἀλλοι φωτὸς ὃδ' ἐψήφισαν.

Infimae graecitatis cum sit ψηφίζειν pro ψηφίζεσθαι, in vēstusto scriptore Attico ἐψήφισαν admodum suspectum est. Facile fluere potuit e glossemate, si Sophocles dedit:

οὐκ ἀν ποτε

δίκην καὶ ἀλλοι φωτὸς ὃδ' ἐκριναν δυ.

Aiac. 457 καὶ νῦν τι χρὴ δρᾶν; ὅστις ἐμφανῶς Θεός

ἐχθροματι, μισεῖ δὲ μ' Ἑλλήνων στρατίς

[ἐχθει δὲ Τροία πᾶσα καὶ πεδία τάδε].

πότερα πρὸς οἴκους κτέ.

V. 459, quem saepsi uncinis, manifesto est spurius. Quod enim Trojanis Ajax inquisitus est, id omnibus Graecis habebat commune, nec quidquam significare ea querela potest, nisi forte putamus, quod nemo faciet, Aiacem cogitare de transfugiendo ad hostes, qualis suspicio praeterea refellitur iis

quae paullo post dicit v. 466 sq. Prodit autem falsarium metri Sophoclei imperitia, si quidem trisyllaba vox quintum pedem efficiens vitiosa est.

Aiac. 460

*ναυλόχους λιπών ἔδρας  
μόνους τ' Ἀτρείδας.*

Alii alia coniecerunt: δισσούς, γυμνούς, ὀμούς, προδούς. Mihi placet *ἀνόμους*, nam de Atridarum iniustitia perpetuo Ajax queritur.

Aiac. 434 οὗτοι πατήρ μὲν τῆσδ' απ' Ἰδαιάς χθονὸς

τὰ πρῶτα καλλιστεῖται ἀριστεύσας στρατοῦ  
πρὸς οἰκου ἡλθε πᾶσαν εὔκλειαν Φέρων.  
ἔγώ δ' οὐκείη παῖς, τὸν αὐτὸν ἐς τόπον  
Τροίας ἐπελθὼν οὐκ ἐλάσσονι σθένει  
οὐδὲ ἔργα μείω χειρὸς ἀρκεσας ἐμῆς,  
ἄτιμος Ἀργείοισιν ὃδ' ἀπόλλυμαι.

Hunc locum, in quo plura offendunt, sic temptabam in Excerptis, pag. 61:

οὗτοι πατήρ μὲν τῆσδ' απ' Ἰδαιάς χθονὸς  
τὰ πρῶτα καλλιστεῖται ἀριστεύσας στρατοῦ  
πρὸς οἰκου ἡλθε πᾶσαν εὔκλειαν Φέρων.  
ἔγώ δ' οὐκείη παῖς, τὸν αὐτὸν ἐς τόπον  
<τοῦτον παρ>ελθὼν οὐκ ἐλάσσονι σθένει  
οὐδὲ ἔργα μείω χειρὶ δὴ πράξας ἐμῆς  
ἄτιμος Ἀργείοισιν ὃδ' ἀπόλλυμαι.

Quia tamen secundus quem adscripsi versus etiam sic correctus mediocriter placet et propter verba sequentia πᾶσαν εὔκλειαν Φέρων satis videtur inutilis, hodie nescio an imperite fictus sit ab interpolatore ad exemplum v. 1300, ubi de eodem Telamone dicitur

δστις στρατοῦ τὰ πρῶτα ἀριστεύσας ἐμῆν  
Ισχει ἔνευνον μητέρ'.

Aiac. 547 εἰπερ δικαίως ἐστ' ἔμδες τὰ πατρόθεν.

Reliquis coniecturis accedat haec mea:

εἰπερ δικαίως ἐστὶ πατρόθεν <γεγώς>.

Nam ἔμδες glossema videtur. Saltem aut hoc aut τὰ πατρόθεν abundat.

Aiac. 600 ἐγὼ δ' οὐ τλέμων παλαιὸς ἀφ' οὐ χρόνος  
Ιδαῖα μίμων λειμωνίᾳ ποίᾳ μηλῶν  
ἀνήριθμος κτέ.

Alienis periculis (etiam recentissimis) cautus ab hoc loco tot coniecturarum naufragiis famoso manum abstinebo, hoc tantum monens ne Dindorfii quidem coniecturam quamvis plurimis criticis probatam μηνῶν pro μῆλων veram videri, quippe quae nimia videatur hyperbole de X annorum spatio, de quo dictum ferrem ἡμερῶν ἀνήριθμος. Si reliqua loci emendatio mihi cederet, potius suspicarer pro ΜΗΛΩΝ legendum esse ΚΗΔΩΝ, κηδῶν ἀνήριθμος, ut est Elect. 231 ἀνήριθμος ὅδε Σρῆνων.

Aiac. 685 sq. Vide ad Trach. 18 sqq.

Aiac. 778 ἀλλ' εἰπερ ἔστι τῇδε Θῆμέρᾳ, κτέ.

Fortasse litterae melius sic dirimentur, ut scribamus τῇδε  
ἔθ' ἡμέρᾳ.

Aiac. 782 εἰ δ' ἀπεστερήμεθα,  
οὐκ ἔστιν ἀνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός.

Plerumque corrigitur ἀφυστερόμεθα vel ἀφυστερήμεθα, sed neque verbum medium neque compositum exemplis probis et antiquis confirmari potest; quod enim legebatur Eurip. Iph. A. 1203 παιδὸς ὑστερήσομαι certa coniectura a Nauckio mutatum est in ἔστερήσομαι. Qua re intellecta Badhamus reposuit loco nostro εἰ δ' ἀρ' ὑστερήσαμεν, rectius fortasse facturus, si pro Aoristo posuisset Perfectum ὑστερήσαμεν.

Aiac. 806 ζητεῖτ' ίόντες τάνδρος ἔξοδον κακήν.

Cum dubiae admodum sit Graecitatis ζητεῖν τινὸς ἔξοδον pro ζητεῖν ὅποι τις ἐξελύγλυθε, neque leni mutatione hic locus curari possit, vereor ne confugiendum sit ad suspicionem, hunc locum esse e numero eorum, ubi vetus lacuna imperite expleta sit. Quid poeta dederit pro certo nemo scire potest, sed sententiae aptum est:

οἱ δὲ εἰπέρους ἀγκῶνας, οἱ δὲ ἀντηλίους  
ζητεῖτ' ίόντες τάνδρος <ἐπὶ σωτηρίᾳ>.

Aiac. 852 ἀλλ' οὐδὲν ἔργου ταῦτα θρυγεῖσθαι μάτην.

ἀλλ' ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα σὺν τάχει τινὶ.  
ὦ Θάνατε Θάνατε νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολῶν.

Aut versus inutilis tribuendus est interpolatori, aut si Sophocleus est, duobus vitiis, quibus ridiculus redditur, est liberandus. Ineptissimum enim est ἀρχεσθαι dictum de caede, quae uno ictu itaque temporis momento perficitur, et procul dubio legendum ἔρκτέον, quod ipsum iam Reiskium olim commendasse nunc video, nec magis ferendum σὺν τάχει τινὶ pro σὺν τάχει. Conieci:

ἀλλ' ἔρκτέον τὸ πρᾶγμα σὺν τάχει τὸ δε.

Idem verbum aliquando restitui iussi supra v. 40 καὶ πρὸς τὶ δυσληγιστὸν ὡδὲ ἥξεν χέρα; suspicatus ἥρξεν χερὶ, ut sit sententia: quo consilio rem adeo inconsideratam manu patravit? Hunc Aoristum poeta usurpavit Phil. 117. 1353. 1406. Trach. 935. 1201. Idem prae-eunte Hermanno ab editoribus numerorum causa restitutus est Aiac. 905, ubi libri

Chor. τίνος ποτ' ἀρ' ἐπραξε χειρὶ δύσμορος;

Tecm. αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ, δῆλον.

quae lectio sententiae aptissima est, quod dici non potest me iudice de Hermanni conjectura ποτ' ἀρ' ἐρξε, quia nusquam verbum ἔρδειν est intransitivum, itaque male quadrat

responsum aūtōs πρὸς αὐτοῦ. Quare haud scio an, ut lenius, ita  
verius olim Bothius rescripserit:

τίνος ποτ' ἄρα πρᾶξε χειρὶ δύσμορος;

Aiac 1024 οἵμοι, τί δράσω; πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ  
τοῦδ' αἰόλου κυώδοντος, ὡ τάλας, ὑφ' οὐ  
Φονέως δέρ' ἐξέπνευσας; εἰδες ως χρόνῳ  
Ἐμελλέ σ' "Εκτωρ καὶ Θανὼν ἀποφθίσειν.

Dubito an hunc locum melius sic interpungamus:  
τοῦδ' αἰόλου κυώδοντος; ὡ τάλας, ὑφ' οὐ  
Φονέως δέρ' ἐξέπνευσας. εἰδες κτλ.

ut existimemus actorem, qui agat Teucri personam, post  
verba οἵμοι — κυώδοντος cadaver Aiaca a gladio divellere,  
tum vere exclamare ὡ τάλας κτλ. Praeterea fere malim:

οἵμοι, τί δράσω; Φέρε σ' ἀποσπάσω κτλ.

Aiac. 1084 ἀλλ' ἐστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον,  
καὶ μὴ δοκάμεν δρῶντες δν δεώμεθα  
οὐκ ἀντιτείσειν αὐθίς δν λυπώμεθα.

Doceat me aliquis, quod mihi obscurum est, quid sibi hic  
velit vocula καὶ, aut mecum legat:

ἀλλ' ἐστάτω δῆ μοι δέος τι καίριον, κτλ.

Aiac. 1115 πρὸς ταῦτα πλείους δεῦρο κήρυκας λαβὼν  
καὶ τὸν στρατηγὸν ἤκε.

Maiore vi dictum foret:

καῦτὸν στρατηγὸν ἤκε.

Articulum post αὐτὸν recte omitti ostendunt loci Ai. 1168.  
El. 720. 1396. 1329. Ant. 1217. O. C. 1650.

Aiac. 1164 ἀλλ' ως δύνασαι, Τεῦκρε, ταχύνας  
σπεῦσον κοίλην κάπετόν τιν' ίδεῖν

τῶδ', ἐνθα βροτοῖς τὸν δείμυηστον  
τάφον εὑρώεντα καθέξει.

Tam ταχύνας σπεύσον (licet ταχέως σπεύδειν dicatur) quam praesertim locutio ἰδειν τί τινι, in qua iam alii haeserunt ut aliena ab antiquo sermone, faciunt ut interpolatorem sua intermischuisse suspicer. Prorsus saltem sufficit:

ἀλλ' ὡς δύνασαι, Τεῦκρε, τάχυνον  
κοιλγυν κάπετον τῶδ', ἐνθα βροτοῖς  
τὸν δείμυηστον  
τάφον εὑρώεντα καθέξει.

Sic infra v. 1403 ἀλλ' οἱ μὲν κοιλγυν κάπετον χερσὶ ταχύνατε.

Aiac. 1310 ἔπει καλόν μοι τοῦδ' ὑπερπονουμένῳ  
Θαυεῖν προδῆλως μᾶλλον οὐ τῇσι σῆσι ὑπὲρ  
γυναικὸς οὐ τοῦ σοῦ θ' ὀμαίμονος λέγω.

Hermann lenissima correctio σοῦ pro τοῦ ita tantum huic loco proderit, si simul mendum quo laborant in praegresso versu voculae τῇσι σῆσι sublatum erit. Conieci:

μᾶλλον οὐ μάχλις ὑπὲρ  
γυναικός, οὐ σοῦ σοῦ θ' ὀμαίμονος λέγω;

i. e. aut pro te fratreque tuo, si sic me dicere mavis. Quali oratione Teucer satis aperte significat, se Atridas vix digniores existimare pro quibus pugnet quam Helenam, mulierem libidinosam.

Aiac. 1324 ἥκουσεν αἰσχρά· δρῶν γὰρ ήν τοιαῦτά με.

Temere Schmidtius coniecit ἔχθρά. Cf. 1320 οὐ γὰρ κλύοντες ἐσμεν αἰσχίστους λόγους, Philoct. 607. Antig. 1047, al.

Finem his annotationibus imponam communicanda cum lectoribus vel potius in memoriam revocanda observatiuncula, quam, licet per exigui sit momenti, tamen fore spero ut a futuris fabularum Graecarum editoribus non vilipendatur.

Invaluit hodie mos scribendi  $\pi\omega\epsilon\nu$  sine diphthongo, ubicumque metrum paenultimam brevem postulet, neque eam consuetudinem impugno, quia bona aetate forma sine iota paene constanter in titulis reperitur, licet (quod inscriptionibus quibusdam metricis demonstrari potest) ipsi veteres Athenienses nullum observarint in metrico utriusque formae usu discrimen. Attamen hoc summa constantia observarunt, quod a Meklero neglectum video, v. c. Aiac. 1395, ubi  $\pi\omega\omega$  edidit pro  $\pi\omega\omega$ , ut verbo numquam vocalem eximant ante vocales et diphthongos  $\circ$ ,  $\omega$ ,  $\circ\nu$ ;  $\circ i$ . Rem diligentissime ostendit MEISTERHANS in utilissimo libello, qui inscribitur Grammatik der Attischen Inschriften, pag. 27, unde ipse primum intellexi me Excerpta e poetis Graecis iterum edentem similiter errasse.

---

## AD FRAGMENTA.

---

Iis quae adolescens scripsi in Exercitationibus meis  
Criticis et postea in novae Mnemosynae vol. VI nunc e  
repetita lectione paucas addam observationes.

Fr. CDXXI, 4

ώστε τέκτονος  
παρὰ στάθμην λύντος δρθοῦται κανόνι.

Aut *λέγαι παρὰ στάθμην* dictum de fabro lineam regula  
indicatam persequenti, ut interpretatur Dindorfius, fuit for-  
mula artis fabrilis, quam hodie ignoramus, aut *λύντος* cor-  
ruptum est. Expectatur *τσχοντος* (s. *ἔχοντος*) vel *τιθέντος*,  
sc. τὸν κανόνια.

Fr. CDLXX Οὐ γάρ τις ἂν δύναιτο πρωρατῆς στρατοῦ  
τοῖς πᾶσι δειξαι καὶ προσαρκέσαι χάριν.  
Ἐπει οὐδὲ δικρίσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι  
οὕτ' ἔξεπομβρῶν οὕτ' ἐπαυχμήσας φίλος.

Sophocles h. l., quod facit saepius imprimis in Antigona,  
antiquioris poetae sententiam attulit. Quis enim legens  
non meminit Theognidei illius v. 25

οὐδὲ γάρ δ Ζεὺς  
οὕτ' ὅων πάντεσσ' ἀνδάνει οὕτ' ἀνέχων;

Sed haereo in verbo composito *ἔξεπομβρῶν*, cuius prima  
praepositio omni vi caret. Haud quidem ignoro subinde in  
tragoedia eam praepositionem peregrinam vel potius nullam  
vim addere verbis compositis, sed tamen ea componendi

licentia poetae non utuntur nisi cogentibus numerjs. Quare hic verum esse suspicor:

*οὗτ' ἐστ' ἐπομβρῶν οὗτ' ἐπαυχμήσας φίλος.*

Fr. DIX *Τεῦκρος δὲ τὸξου χρώμενος φειδωλίᾳ  
ὑπὲρ τάφρου πυδῶντος ἐστησεν Φρύγας.*

Cum *ιστάναι* significet *sistere*, nequaquam intellego quo pacto Teucer parce utens sagittis efficere potuerit ut Troiani supersilientes iam castrorum Graecorum fossam ab incepto desisterent, nam expectari ipsum contrarium vix opus est dicere. Quia vero inaudita synaloephe corrigeres *τοξου <οὐ> χρώμενος*, nihil aliud restat, quam ut locum emendemus scribendo:

*Τεῦκρος δὲ τὸξ' οὐ χρωμένος φειδωλίᾳ  
ὑπὲρ τάφρου πυδῶντας ἐστησεν Φρύγας.*

Litterae TOΞΟΤ cuni male coniunctae essent, genetivum in nominativum imperite mutavit librarius.

Fr. DXVII *νῦν δ' οὐδέν εἰμι χωρίς, ἀλλὰ πολλάκις  
ἔβλεψα ταύτη τὴν γυναικείαν φύσιν  
ώς οὐδέν εἴσμεν κτέ.*

Schmidtius pag. 265 sq. haec verba sic refingens:  
*νῦν δ' οὐ δίειμι νεωρές, ἀλλὰ πολλάκις  
ἔψεξα ταύτη κτέ.*

quam aptum sit νεωρές (verus accentus est νεῶρες), recens, ipse viderit; sed disputanti contra Gomperzium prorsus ei assentior recte Cobetum quaesivisse, quod apte opponeretur verbis sequentibus ἀλλὰ πολλάκις κτέ.

Contra cum Gomperzio *ἔβλεψα* sanum esse credo. Cum quid praecesserit ignoretur, semper admodum incerta manebit primorum verborum emendatio. Mihi venit in mentem:

*οὐ νῦν δ' ἐν ἡμῖν χωρίς, ἀλλὰ πολλάκις  
ἔβλεψα καλλιγράφη τὴν γυναικείαν φύσιν,  
ώς οὐδέν εἴσμεν κτέ.*

Non nunc in me seorsim sed saepe alias quoque (in aliis quoque mulieribus) muliebrem observavi naturam, quam simus miserae. Sentio tamen vel sic χωρὶς habere quod displiceat, et locum aliis commendo.

Schmidtii autem coniecturam παιδες pro πάντες in v. quinto probandam arbitror.

### Fr. DXVIII

Ἐν φῦλον ἀνθρώπων μι' ἐδείξε πατρὸς καὶ ματρὸς ἡμᾶς ἀμέρα τοὺς πάντας· οὐδεὶς ἔξοχος ἄλλος ἐβλαστεύ ἄλλου. βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ' ὅλβος ἡμῶν, τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν ἔσχεν ἀνάγκας.

Locum inde a 2 vs. nuper sic temptavit Gleditschius:

ἀμέρα τοὺς πάντας· οὐδεὶς ἔξοχος ἄλλοι οὐδεὶς ἐβλαστεύ. βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ' ὅλβος ἡμῶν  
καὶ κράτος,

ἄλλοις δὲ δουλείας ζυγὸν ἔσχεν ἀνάγκας.

Satis probabiliter, ut opinor, sed vocem AMEPA sanam esse nego. Quid enim quaeso sibi volt unus patris matrisque dies? Intellegam una (mutua) parentum voluptas, itaque corrigam ἀδονά.

Fr. DLXXXIII. Optime hunc locum curavit Schmidtius, nec habeo quod addam, nisi scholiastam Aristotelis, qui omnes tres versus attulit, non scripsisse "Α Φυσιν δ βιάζων πρὸς τὴν Σιδηρώ, sed δ παιζων.

Fr. DLXXXIII a πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται  
οὕτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς οὕτ' ἀχρείων  
τὸ λίαν κακός. βροτῷ δὲ πιστὸν οὐδέν.

Partim meis partim alienis admissis coniecturis locum sic constituerim:

Οὐ πολὺ δ' ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται

οὗτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸν οὗτ' ἀχρείων <Ἄπο>  
πάλιν κακόν· σπορῷ δὲ πιστὸν οὐδέν.

Non multi, si ingentem spectas hominum numerum, sunt neque e generosis parentibus boni neque contra ex improbis mali. Generatione confidi prorsus nequit. *"Ἄπο* addidit Bothius, πάλιν debetur Meinekio, σπορῷ conieci Mnem. VI<sup>a</sup>, 281, cetera nunc.

Fr. DCLXXVIII Ὡ παιδεῖς, ἢ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνου,  
ἀλλ' ἔστι πολλῶν δυομάτων ἐπώνυμον.  
ἔστιν μὲν Ἀιδης, ἔστι δὲ ἀΦθίτος βία,  
ἔστιν δὲ λύσσα μαινάς, ἔστι δὲ ἡμερος  
ἄκρατος, ἔστι οἰμωγύμος, ἐν κείνῃ τὸ πᾶν  
σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, ἐς βίαν ἄγον κτέ.

E conjecturis olim ad h. l. propositis certa est Bothiana *βίος* pro *βίᾳ*, meritoque recepta a Dindorfio. Praeterea probabiliter δυνάμεων pro δυομάτων coniecit Meinekius et μαινάς pro μαινάς Porsonus, sed iniuria mihi Dindorfius recepisse videtur Bothii correctionem *ἄκρατος*, a loci ratione me iudice alienissimam. Hoc enim est poetae artificium, ut in hac variarum Veneris proprietatum enumeratione non similes copulet notiones, sed inter se opponat contrarias. Insanæ autem rabiei non opponitur, ut arbitror, desiderium non expletum, sed desiderium bene temperatum, itaque corrigendum suspicor:

ἔστι δὲ ἡμερος  
εὔκρατος, κτλ.

Fr. DCLXXXVI. Me et Cobetum post Hemsterhusium, quod nesciebamus, conientes κεῖν pro καὶ vehementer carpit Schmidtius. Attamen (quod pace dictum sit Porsoni et Kruegeri, quorum memoriam valde veneror) admodum videtur probabile poetas Atticos, qui eam crasin non solum in καὶ

εὐθὺς, sed etiam in vocabulis cum εὗ compositis (quorum exempla collegit Blaydesius ed. Aristophan. 1886, vol. II, pag. XIII) admiserint, eandem non recusasse in καὶ εὗ. Quis enim, ut hoc utar, credat recte dici κεύταθής, sed κεῦ παθεῖν dici non posse? Nonne multo est probabilius casui tribuendum esse quod hodie κεῦ nusquam appareat? Evidem sic opinor, nec si aliud locus eodem remedio aequa facile emendari poterit, eo uti dubitabo. Schmidtius solita violentia locum temptans τύχην in altero versu, nihil tale meritum, mutare coactus est.

#### Fr. DCLXXXVIII.

Οὐκ ἔστι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς δὲ νοῦς  
Θείᾳ ξύνεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος.  
προμηθία γὰρ κέρδος αὐθρώποις μέγα.

Nihil horum intellego, nec versus tertius omnino cum reliquis cohaerere videtur, sed aliud esse fragmentum. Reliqua quantumvis incerta coniectura sic tempto:

Οὐκ ἔστι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς δὲ νοῦς  
ἔσθλαισίν ἔστιν ἡδοναῖς τεθραμμένος.

ut dicat poeta, non vere senescere, sed ad mortem usque frui iuventute sapientes, quorum mens nutrita sit honestis (cogitandi et meditandi) voluptatibus (non turpibus debilitatum corpus). Videant alii. Nam lenius requiro remedium.

Fr. DCCXIII 'Αλλ' οὐμὸς δεὶ πότμος ἐν πυκνῷ Θεοῦ  
τροχῷ κυκλεῖται καὶ μεταλλάσσει Φύσιν,  
ῶσπερ σελήνης δ' ὅψις εὐφρόνα δύο  
σῆματα δύναται' δι' οὔτοτ' ἐν μορφῇ μιᾷ,  
ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρώτου ἔρχεται νέα  
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη,  
χώταυπερ αὐτῆς εὐγενεστάτη Φανῇ,  
πάλιν διαρρεῖ καπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Plutarchum iam legisse εὐγενεστάτη inde apparere videtur quod non tantum in vita Demetrii, sed etiam bis in Moribus ita scriptum exstat. Nihilominus in fr. 741 bis recte apud eundem legitur

λέμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥσπερ εὖ πρεπῆς  
χαλκὸς κτέ.

semel vero apparent falsa lectio εὐγενῆς. Quidquid autem statuendum est de Plutarcho, nullus dubito quin ipse Sophocles scripserit:

χῶτανπερ αὐτῆς εὖ πρεπεστάτη Φανῆ.

Cf. Aesch. Pers. 180. Sept. 99. Eur. Iph. Aul. 386. 822. Hecub. 269. Eūgeνῆς enim de externa specie ab antiquioribus saltem non dicitur.

Fr. DCCXXXVII Βραδεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ μόλις δὶ' ὥτδι ἔρχεται τρυπωμένου, κτέ.

Dindorfius affert meam coniecturam βαρεῖα et Meinekianam ρυπωμένου. Verbi notio aptissima est, sed haereo in Praesenti, ubi expectes Perfecti participium ἔρρυπτωμένου vel, quod magis Atticum videtur, ἔρρυπγμένου, quod vide an poeta admissa aphaeresi dare potuerit. Aphaeresin, non crasin, recte statuere mihi videtur Blaydesius Arist. Pac. 253 in χρήσθαι ἐτέρῳ. — Paullo longius distat a tradita lectione, quod Naberus per litteras mecum communicavit ρύπου πλέω.

Fr. DCCLIV Μέω τε καὶ δέδορκα καξανίσταμαι,  
πλένυ Φυλάσσων αὐτὸς ἢ Φυλάσσομαι.

Absurda est observandi ratio τὸ μένιν, nec nisi pulvere coacti oculos clauerunt custodes cadaveri Polynicis appositi in Antigona. Videtur olim fuisse:

Κλέω τε καὶ δέδορκα κτέ.

Fr. DCCLXXXI καὶ τὰν νέορτον, ἀς ἵτ' ἀστολος χιτῶν

Θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν  
πτύσσεται, Ἐρμιόνα,

Calidius Mnemos. VI<sup>a</sup> sollicitavi Θυραῖον, quod Plutarchum legisse bene observat Schmidtius. Et recte ita scribere potuit poeta, nam revera femur celerius incedente puella identidem tali, qualis hic describitur, veste nudatur itaque fit Θυραῖον.

Sed apud Plutarchum in Lycurgi et Numae compar. cap. 3, ubi hos versus attulit, minus recte scriptum exstat: τῷ γὰρ δυτὶ τοῦ παρθενικοῦ χιτῶνος αἱ πτέρυγες οὐκ ἡσαν ἀνερραμμέναι. Nam sententia postulat οὐκ ἡσαν συνερραμμέναι.


Fr. CCCXLII, 5 συμπλάζεται δὲ πλῆθος οὐχ ὅσον δοκεῖ.


HAYMANUM, Cambridge. Philol. Proceed. 1882, pag. 30 coni-  
cientem πλῆθος οἱ, πόσον δοκεῖ; latuit me ante XXIV  
annos idem suasisse Exercit. Crit., pag. 12.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

- Pag. 18, 23 Praetulerit forsan aliquis *εἰς* pro *πρὸς*.
- , 19, 9 Θανασίμων coniecit iam Weckleinius.
- , 25, 8 ἀκρας tamen ob ἀνωθεν minus placet.
- , 26, 15 Lege ἀρέσκει.
- , 26, 19 Non ignoro apud poetas coalescere οἴμοι ὡς, sed fortasse crasis potius est quam elisio.
- , 44, 14 Nauckius coniecit: ὥσπερ ἡ Φάτις <κρατεῖ>, ξένοι fortasse recte.
- , 46, 27 Lege δὲ καλεῖ.
- , 53, 8 σύμπολις tamen dici potuisse pro συμπολίτης dubito, neque id sequitur ex σύμπλους et σύμβιος similibusque. Recte Nauckius διμόπολιν.
- , 61, 15 Dele „vel — συνοδοίπορος”, quae imprudenti mihi exciderunt. Non potest autem ήσον Φρονεῖν significare, quod putant, eiusdem esse factionis, quia aliud est ήσον, aliud ταῦτα. Significat tantum spirare, non minores spiritus gerere, quod hic absurdum est. Itaque de loci corruptela non dubito, sed de emendatione despero.
- , 63, 18 Lege “στιν ἥδ” pro “στι καὶ”.
- , 64, 27 Τάδε iam ab alio coniectum esse video, sed dubia structura. Praestiterit quod posui εὐ τοισδε.
-





This book should be returned to  
the Library on or before the last date  
stamped below.

A fine is incurred by retaining it  
beyond the specified time.

Please return promptly.

JULY - 2000 IL  
2416986

Gs 32.290

Lucubrationes Sophocleae.

Widener Library

001859239



3 2044 085 168 615